Quia dictũ est de tpe/ qđ est mensura reꝝ tpaliũ: Dicẽdũ est de eternitate/ q̃ est mensura eternoꝝ: et de euo/ qđ est mẽsura euiternorũ. Quedã em̃ sunt (vt dicitꝛ in libro de causis) quoꝝ substãtia ⁊ actio sunt in tpe: sicut natura infirma. s. cui⁹ esse est ꝑ generationẽ. Quedã aũt sũt quoꝝ substãtia ⁊ actio sunt supra tp̃s: sicut natura sup̃ma. s. deus pater/ filius ⁊ sp̃ũsſctũs. Quedã ṽo sunt quoꝝ substantia supra tp̃s est/ ꝫ actio in tpe: sicut natura media/ cuius esse est ꝑ creationẽ. Quartũ mẽbrũ stare non põt: sic em̃ actio alicui⁹ esset p̃us q̃ȝ substãtia ipsius/ qđ est impossibile. Itẽ iste tres mensure accipiunꝛ in cõꝑatione ad durationẽ. Est em̃ quedã duratio habẽs p̃ncipiũ ⁊ finẽ/ sicut tp̃s: ⁊ est quedã nõ habẽs p̃ncipiũ neqȝ finẽ/ sicut eternitas: et est q̃dã habẽs principiũ ⁊ nõ finẽ/ sicut euũ. Quartũ mẽbrũ iteꝝ stare nõ põt: Om̃e em̃ qđ habet finẽ/ habet p̃ncipiũ. Eternitatẽ sic diffinit Boeti⁹ in li. de conso. circa finẽ: Eternitas est interminabilis vite tota siꝛ ⁊ ꝑfecta possessio. Que diffinitio sic potest explanari: Possessio cõis est oĩ mẽsure: oĩs em̃ mẽsura possideꝛ ab eo cuius est mẽsura ꝑ se tanq̃ȝ ꝓpria passio ipsius. Per hoc ꝙ dicit/ iterminabilis vite: tangit subiectũ ipsius eternitatis. s. deũ eternũ/ nõ habentẽ p̃ncipiũ neqȝ finẽ: qđ tñ subiectũ nõ est aliud ab eternitate nisi ꝫm rationẽ. Et potius dicit/ vite q̃ȝ esse: ꝑ hoc innuens differentiã ad ea q̃ sunt in eternitate/ que est in penis que sunt nõ habẽtia vitã beatã neqȝ iocũdã: Uita em̃ licet sumaꝛ absolute ꝓ q̃cunqȝ vita: tñ hic ꝑ appropriationẽ sumiꝛ ꝓ vita iocunda atqȝ beata. Tota siꝛ dicit ad differẽtiã tpis/ qđ nõ est totũ siꝛ/ ꝫ pars p̃terijt parsqȝ futura est. Et nõ ponit ibi siꝛ pro simultate partiũ: ꝫ diciꝛ siꝛ. i. nõ distãs. Perfectã dicit ad differẽtiã eui/ qđ nõ oĩno simplex est sicut nec id cuius mẽsura est: ꝑfectũ em̃ ꝓ simplici poniꝛ. Et nota ꝙ eternitas analogice siue ꝑ prius ⁊ posterius diciꝛ de creatura ⁊ creaturis. Tres em̃ sunt cõditiões eternitatis ꝓprie dicte. s. simplex/ inuariabile

et interminabile: ꝼm qꝺ interminabile ꝺicit nō solū ꝓuationē finis/ꝫ etiā ꝑncipij: Et sic soli creatori cōuenit: ille eñ vere solus simplex est et inuariabilis ⁊ interminabilis. Sꝫ creature q̄dā ꝑticipāt nomē interminabilitatis/suo mō: sicut angeli et aīe beate: ⁊ etiā corpa post resurrectionē ꝑticipāt nomē interminabilitatꝭ ꝓpter finis carētiā/ꝫ nō principij. Et ob hoc angeli aīeq̄ꝫ beate et corpa post resurrectionē ꝺicunꝭ eterna et in eternitate. Eterna ꝺicunꝭ/ ꝓpter iterminabilitatē. In eternitate/ ꝓpter inuariationē vł inuarietatē. Itē quedā creature ꝑticipāt eternitatē rōne interminabilitatis ꝓpter carētiā finis: sicut pene ꝺicunꝭ eterne: ꝫ nō ꝺicunꝭ ī eternitate/ q̄ꝛ nō ꝑticipāt rationē inuarietatis: Inuarietas eñ vel iuariabilitas ꝺicit bene esse: ꝫ hec cōditio q̄ est simplicitatis/ in nulla creatura simpliciter inuenit̄. Itē eternitas ꝺicit mēsurā excellentē q̄tū ad vtrumq̄ꝫ terminū: Et sic q̄dā creature vt generabilia ⁊ corruptibilia/claudunꝭ ab eternitate: ꝫ neq̄ꝫ sunt eterna/ neq̄ꝫ in eternitate. Quedā igiꝭ sūt eterna/ ⁊ in eternitate ꝓprie: q̄dā ꝟo nō ꝓprie: Et istoꝝ quedā sunt eterna/⁊ in eternitate ꝑ ꝑticipationē: quedā eterna ꝑ ꝑticipationē/ꝫ nō ī eternitate: q̄dā neq̄ꝫ eterna/nec ī eternitate: ꝫ claudunꝭ ab eternitate. Quartū mēbrū stare nō pōt. s. ꝙ aliq̄ sint ī eternitate ꝑ ꝑticipationē ꝫ nō eterna: Oīe eñ inuariabile caret fine/sed nō cōuertiꝭ.

De nunc eternitatis: Ca. XVI.

Sequiꝭ ꝺe nūc eternitatis: De quo ꝺicit Boetius in li. ꝺe trinitate/ ꝙ nūc stans ⁊ nō mouēs se/ sꝑ eternitatē facit: Qꝺ melius intelligiꝭ/ facta cōpatione ad nūc tpis. Imaginemur itaq̄ꝫ lineā/a/c/ ⁊ sit/b/pūctus: ⁊ moueaꝭ in ista linea ab/a in/c/ꝺistinguēs ꝓus a posteriore: Primā aūt ꝑtē ꝺicim⁹ ꝑtrāsitā: posteriorē ꝟo ꝑtrāseundā. Silꝛ intellige ꝑ/a/c/ totū tp̄s: ꝑ/b/ aūt intellige ipsū nūc tpis: qꝺ ꝯtinue moueꝭ ab a/in/c: et qꝺ ꝑtrāsitū est/ꝺicim⁹ p̄teritū: qꝺ ꝟo ꝑtrāseundū est ꝺicimus futurū. Et sicut ī linea ipsū/b mouēs se/ sꝑ subtrahit a suꝑiori ⁊ addit ꝓori: sic eñ nūc sꝑ subtrahit futuro et addit p̄terito. Et etiā si/b/pūctus staret in a/⁊ nō moueret: nō esset prius neq̄ꝫ posterius: sic nūc tpis si stetisset in principio tpis/ non fuisset neq̄ꝫ preteritū neq̄ꝫ futurū. Cū hoc aūt nūc tēporis

imaginemur nunc aliquod quod stetisset ab eterno: Jam omnino in ista eternitate non esset preteritū vel futurum/sed totum presens et totum simul: ita ꝙ est in eternitate/sed non in tempore: Tota eñ eternitas est quoddam nunc indiuisibile. Sed iam videtur quoddam mirabile/ ꝙ ipsum nunc eternitatis: cum sit quoddam indiuisibile/extendit se per totū tempus/capiens etiā infinitum tempus. Item totum tempus capitur: et tamen totum stat cum quolibet instanti temporis. Exemplum autē huius est bonum ꝙ anima est tota in toto/ et tota in qualibet parte corporis. Item licet anima simplex sit non habens partem et partem/sicut corpus: tamen per totum corpus se extēdit. Adhuc aūt est hic quoddam mirabile ꝙ in nūc eternitatis: quod est indiuisibile/ cōtinetur tempus quod diuisibile est in infinitū: et habet partes priores ⁊ posteriores. Exemplum ad hoc intelligendū/tale est: Dicit Augustinus/ꝙ in eodem instanti temporis est radius solis in oriente et occidente/ subito totum nostrū hemisperiū illuminans: Hic igitur contingit reperiri/ ꝙ in vno nunc temporis est prius et posterius in infinitum: quoniā naturaliter/et si non ₚm tempus/ primo illuminaꝛ siue immutatur pars propinquior id est: propinquissima aeris/ ꝙ̄ illa que remotior est: et prius illa remotior/ ꝙ̄ illa que adhuc est magis remota: Et sic contingit partes in infinitum inuenire. Ex predictis patet quid sit dicere: deus est/ deus fuit/ deus erit. Est eñ sensus: Deus est in nūc eternitatis/ cui coexistit tempus presens/ preteritū ⁊ futurum. Patet etiā solutio cuiusdam articuli: quo probaꝛ/ ꝙ deus quicquid scit/ nunꝙ̄ sciat eius cōtradictorie oppositū: In eodem eñ nūc temporis impossibile est scire aliqua cōtradictorie opposita: sicut sortem sedere et non sedere: Sed nunc eternitatis in infinitū simplicius est/nunc temporis: Ergo cū deus sciat in nunc eternitatis: quicquid scit/ nunꝙ̄ sciet duo contradictorie opposita: quod falsum est: scit eñ me esse/ dum sum: et scit me non esse/ dum non sum: patet solutio/ qm̄ nunc est cum qualibet parte temporis.

De euo et euiternis: Ca. XVII.

SEquit̄ de euo/ qd sic diffiniri pōt: Euū est mensura habentiū principiū et nō finē. Et notandū est/ ꝙ quidaz dicūt ꝙ sicut tp̄s in vno. s. in motu primi mobilis: quo motu mensurant̄ oēs motus inferiores/ tanꝙ sui generis minimo ꝛ simplicissimo: et ꝑ cōsequēs est mensura motus primi mobilis: sic euū est in vno euiterno ꝙ simplicissimo/ q̄ oia alia euiterna mēsurant̄. Alij aūt dicūt ꝙ nō: ſ quodlibet euiternū suū habet euū: Nullū eñ euiternū causa est aliorū: sicut motus primi mobilis causa est aliorū motuū. Ex supradictis colligi pōt/ ꝙ angelus q̄tū ad substātiā/ est in euo: q̄tū ad agere simpliciter: sicut est in cognitione vesptina/ est in tp̄e: q̄tū vō ad bene et beate agere: sicut est contemplari et frui/ est in eternitate. Et hec de parte prima dicta sufficiant.



Incipit secūda pars de celo ⁊ mūdo: Ca. I

Quia dictū est de corpore mobili scdm se in libro physicoꝝ: Dicendū est consequenter de corpore mobili contracto. Et primo de ingenerabili et incorruptibili/ qd est celum. Ut em̄ dicit Aristo. in principio physicoꝝ: Ex vniuersalibus in singularia oportet ꝑuenire. Unde pueri appellant omnes viros patres/ ⁊ feminas matres posterius aūt determinant horū vnūquodqꝫ. Primo ergo ostendendū est/ ꝙ vnꝰ est mūdus corꝑalis: ⁊ nō plures. Secūdo/ ꝙ celū est finitū. Tertio/ ꝙ oīa corꝑalia sint ī celo. Quarto ꝙ celū nō est elementū/ nec elemētatū. Quinto/ dicēdū est de nobilitate celi/ respectu rerū corporaliū inferiorū. Sexto/ de motu.

Q vnus est mundus: Ca. II.

Quod tm̄ vnus mundus corporalis sit/ et non plures: Aristo. sic ꝓbat: Ponamus/ ꝙ duo sint mūdi: aut ille alius mūdus erit huic similis ī rebus/ aut in noīe tm̄. Si erit similis in rebus/ ista terra erit similis illi terre: et econtrario: et illa aqua similis isti aque: et sic de alijs: Sed que sūt eiusdē nature tendūt ad eundē locū: ergo ista terra et illa/ tendunt ad eundē locū: et ista aqua: ⁊ sic de alijs: Sed quecūqꝫ tēdūt ad eundē locū sunt eiusdē mundi: ergo oēs res sūt vnius mūdi: ergo tm̄ est vnus mūdus corꝑalis/ ⁊ nō alius. Si dicat ꝙ ille alius mundus est sīlis huic in noīe tm̄: ꝗ cū nō sint alie res ꝙ̄ res huiꝰ mūdi: nō erit ille mūdus realis vl' corꝑal'/ ꝫ tm̄ intellectualis/ siue architipus: de quo nō est dubiū quin sit.

Q celum est finitum: Ca. III.

Anteqꝫ ꝓbemus celū esse finitū: Primo notandū est/ ꝙ sicut dicit Aristo. in tertio physicorū: Infinitū multis mōis dicit. Uno mō dr īfinitū ꝙ impossibile ē trāsire/ ex eo ꝙ nō est aptū natū trāsiri: vt est vox īuisibilis: ⁊ sic dicit infinitū negatiue/ quasi non finitum siue non terminatū: ⁊ sic deus dicit infinitus. Alio modo dicitur infinitū transitum habens/ sed imperfectū: ꝙ̄uis em̄ sit aptū habere transitū/ nō tn̄ habet: sicut qn̄ aliqs transit aliqd spaciū/ ꝫ nō ꝑuenit ad finē: ⁊ sic dr īfinitū ꝑuatiue: ⁊ his duobꝰ mōis aliqd ē īfinitū actu.

Tertio modo dicitur infinitũ scdm appositionẽ: sicut in quantitate discreta. Quarto modo dicitur infinitum scdm diuisionem: sicut in quantitate continua. Quinto modo dicitur vtroqȝ modo: sicut tempus. Et his tribus modis non dicitur infinitum actu / sed tm̄ potentia. Et scdm hoc diffinitur infinitũ sic in eodem: Infinitum est cuius quãtitatẽ accipientibus semp̄ est aliquid accipere extra. Restat probare / q̄ celũ non est infinitũ actu: Et primo generaliter / q̄ nullũ corpus ẽ infinitũ actu / sic: Omñe corpꝰ habet supficiẽ: ꝛ oĩs supficies est terminus: ḡ omñe corpꝰ est terminatũ: ꝫ omñe terminatũ est finitum: ergo omne corpus est finitũ. Et exinde potest inferri sic: sed celum est corpus: ergo celum est finitum. Item specialiter probemus celum esse finitũ. Supponamus igitur: quod inferius probat̄ / q̄ omne corpus est in celo et nullum extra: inde sic: Inter omnia corpora nobilius est celum: est em̄ ingenerabile ꝛ incorruptibile / virtutem habens actiuam respectu inferiorum: omne autẽ agens nobilius est patiẽte: sicut dicit philosophus: sed corpori nobiliori debet̄ forma nobilior: sed forma spherica nobilior est omnibus alijs formis siue figuris corporalibus / propter sui capacitatẽ ꝛ interminabilitatẽ: qꝛ non habet p̄ncipiũ neqȝ finẽ / et nõ est vna supficie contẽta. Est em̄ sphera figura plana / vnica supficie cõtenta: ḡ spherica forma debet̄ celo: ergo celũ est sphericũ siue rotundũ. Preterea nos videmus q̄ qñ luna est semiplena / est arcualis: illa autẽ figura non est nisi in circulo vel a circulo. Circulus em̄ solummõ est in corpore rotũdo: ergo luna est rotunda. Eadem ratione sol / ꝛ omnia alia corpora celestia sunt rotunda: ergo celum est rotundũ. Exinde procedatur vlterius sic: Sed corpus sphericum est in cuius medio intelligitur punctus: a quo omnes linee ducte ad circumferentiaȝ / sunt equales: ergo celum habet medium: et omne mediũ habet extrema: sed quod habet extrema est terminatũ siue finitum: ergo celum est finitum. Itẽ celum ꝓbatur esse finitũ in comparatione ad motum / et mensuram ipsius motus que est tempus. Omne em̄ quod mouet̄ totaliter / in tẽpore certo siue finito / est finitũ: sed celuȝ mouet̄ totaliter in tempore certo siue finito: quia ĩ vno die naturali:

ergo celū est finitū. Q aūt motus infinitus non possit mensurari tpe finito/sic demōstratur: Sit illud tempus/a b: et diuidatur per quattuor partes: vna pars tpis mensurabit vnam partē motus: et alia aliā: et sic de reliquis: Motus autē cū sit infinitus nondū totaliter mensuratus est a tēpore finito: ergo motus infinitus non mensuratur tempore finito. Eodem mō demonstrat/ q motus finitus non mensuratur tempore infinito/diuidendo motum per quattuor partes: Proportionabilia eñ debent esse motus et tempus: sicut subiectū et propria passio ipsius/ita q neutrū excedat reliquū: Et sic si tempus mensurans motum est finitum/ et motus est finitus: et si motus est finitus/et corpus qd mouetur est finitū. Restat ergo/ q celum est finitum.

Q oīa sint in celo: et nihil extra: Ca. IIII

Modo ergo probare debemus/ q omnia corpora sint in celo/ et nullum extra. Et primo probabimus/ q nullum corpus est extra celum naturaliter: Secūdo nec accidētaliter/ nec violēter. Q nullū corpus sit extra celū naturaliter/sic probat: Tria sunt genera corporū. s. celum/elementum et elementatū. Q celum non sit extra celum/patet: quia nihil est extra seipsum: ergo celum non est extra celum. Similiter q extra celum non sit elementum/patet: quia inter omnia elementa terra est inferior: supra quā/aqua: supra quā aer: ergo eadem proportione ignis est super aera: Cum ergo omnia elementa sint sub igne/ et ignis sub celo: cōsequens est/ q nullū elementū est naturaliter extra celū. Itē grauia naturaliter tendūt deorsū ad centrū: Leuia sursum ad circūferentiam/qd est celum: non vltra: ergo nullum elementum est extra celum naturaliter. Similiter patet/ q nullum elementatū est extra celum: Omne eñ elementatum constat ex elemētis: sed nullū elemētum est extra celum/vt supra probatū est: ergo nullum elementatum est extra celum. Et sic patet/ q nullum corpus est extra celū naturaliter. Eodem modo patet/ q nullum corpus est extra celum accidentaliter siue violenter: In quocūq eñ loco est aliquod corpus naturaliter/ in eodē possibile est esse aliquod corpus accidentaliter siue violenter: vt

terra naturaliter est deorsū: ignis violenter. Similiter ignis naturaliter est sursum: terra violenter: sed extra celuȝ nullum corpus est naturaliter/ vt probatū est: ergo nulluȝ corpus est ibi violenter. Et sic patet/ ꝙ nullū corpus est extra celum. Et hoc est qđ dicit Dama. ꝙ celum est continentia visibilium et inuisibilium creaturarum.

Q; celū nō ē elemētū: nec elemētatū: Ca. V

Iam debemus ostēdere/ ꝙ celū nō est elementū/ nec elementatū. Q; non sit elementū/ patet: qm̄ de ꝓprietate omnis elementi est habere in se contrarietatē/ et agere in suū contrariū: si coniungit̄ ei corrūpēdo ip̄m/ si vincit: et generando in materia speciē suā. Si ergo celum esset elementū/ cū omnia elementa se habeant ad celū/ sicut punctus ad totā terrā: iam omnia dudū corrupisset/ et oīa essent celum: qđ nō videmus. Eodem mō patet/ ꝙ celū nō est elementatū: Om̄e eñ elementatū minus est elemētis ex quibus componit̄: sed celum maius est omnibus elementis: ergo nō est elemētatū. Item simul patet/ ꝙ celum nō est elementatū/ nec elementū: Omne eñ tale habet motū rectū/ hoc est deorsum in medium vel sursum a medio: sed celum nō habet motū rectū/ sed circularem: ergo non est elementatum/ nec elemētum. Si dicatur/ ꝙ motus rectus est ei naturalis/ sed circularis est accidentalis. Contra: Motus accidentalis intendit̄ et remittitur: si ergo motus circularis esset ei accidentalis/ intenderet̄ ⁊ remitteretur: hoc aūt nō videmus esse in celo: quia motus celi semꝑ est vniformis. Ex predictis iam patet/ ꝙ celum non est generatū: Om̄e eñ qđ generat̄/ generat̄ a principio ꝯtrario/ vel a principijs contrarijs: vt dicit Aristoteles in primo de celo et mundo. Plato tamē dicit in thimeo/ ꝙ celum est generatum: sed intellexit/ ꝙ est generatū .i. quo ad habens principiū vel causam sui. Ex predictis etiaȝ patet/ ꝙ celum nec calescit/ nec frigescit: quia non est elementū/ nec elementatū: Iste aūt sunt ꝓprie q̄litates elementoꝝ .s. calidū ⁊ frigidū/ humidū ⁊ siccū: et cū nō accipiat hm̄oi imp̄ssiones/ cōstat ꝙ nō est magis vetꝰ/ q̄ȝ fuerit a p̄ncipio sue creatiōis. Et etiā patet/ ꝙ q̄uis ex aggregatiōe lumīs qđ a sole ꝓuenit/ nos sētiamꝰ calorē: tū corpa

celestia non sunt calida/ꝫ tn̄ dicunt calida/ vt sol: vel frigida/ vt saturnus: vel humida/ vt luna ꝑ effectū. Agūt em̄ corpora supiora in inferiorib⁹: et nō econtrario/ vt patet. Uidemus em̄ ꝙ qn̄ luna habet plenitudinē sui luminis/ mare crescit: et in decremēto lune mare decrescit. Un̄ patet/ ꝙ luna est causa ꝛ mater humiditatis: Propterea dicit Aristoteles in libro de ꝓprietatib⁹ elemētoꝝ/ ꝙ qn̄ omnes planete fuerūt adunati ī signo pisciū/factū est diluuiū: quando aūt adunati fuerūt in signo geminoꝝ/ facta est magna mortalitas: tn̄ semꝑ ibi intelligas iudiciū dei: ordināte hoc diuina voluntate. Itē patet ex predictꝭ/ ꝙ celum nō est coloratū: quia color causatur ex qualitatibus elementorum.

De nobilitate celestiū corporū: Ca. VI.

Nobilitas celi/ siue corporū supiorū manifesta est ex eleuatione sui supꝰ oīa corpꝰa inferiora: Quanto em̄ corp⁹ est nobilius/tanto debet ei altior locus. Itē nobilitas corporū supiorū patet ex figura siue forma ipsoꝝ: que est rotūditas: Rotunditas em̄ nobilior est omnib⁹ alijs figuris: sicut dicit Aristo. in libro de celo ꝛ mundo: ꝙ patet ex eo ꝙ oēs alie figure habēt terminos: rotūda aūt figura habet formā circularē: et circulus nō habet principiū/neqꝫ finē: ꝫ in se terminatus est. Q aūt oīa corpa supiora sint rotūda/ ostēsū est supra. Et ob hoc qꝛ celū est rotūdū/ oīa corpꝰa inferiora sunt rotūda: et ob hoc finita: Omne em̄ rotūdū habet mediū: ꝛ om̄e mediū habet extrema: et qđ habet extremū/finitū est. Q aūt oīa corpora inferiora rotunda sint manifestū est: Ignis em̄ cū contineat a celo: qđ est rotundū/ habet formā rotundā: sicut dicit Aristo. in libro celi ꝛ mūdi: et ob hoc finitus est: et sic de alijs. Nota tn̄ ꝙ terra discooperta est: quia deus voluit hoīes habitare in ea. Itē nobilitas corporū supioꝝ patet ex impassibilitate eoꝝ: sunt em̄ ingenerabilia ꝛ impassibilia ꝛ incorruptibilia/virtutē tamē actiuā respectu inferioꝝ habentia.

De motu celi: Ca. VII.

Et quia celū est nobilius om̄ib⁹ inferioribus corpib⁹/ ꝓpter hoc debet ei motus nobilior.s. circularis scđm

naturā perpetuus/ ab omni pena et fatigatione alienus. Quod aūt motus celi sit perpetuus/ manifestū est ex eo quod principiū mouens ipsum/non pōt separi ab eo: Illud eñ principiū aut est intra/ aut extra: Si extra/tunc motus celi esset accidentalis siue violētus: sed omne violentū siue accidentale faciliter transit: sicut dicit Aristo. in libro de celo et mūdo: Si ergo motus celi esset violentus/ iā dudū transisset. Restat ergo quod illud principiū est intra: sed omne quod est intra/ aliud ab eo non potest separi siue remoueri nisi per passionē vel aliquā contrarietatem: Sed celum est impassibile non habens contrarietatē aliquā: ergo illud principiū non remouetur ab ipso: ergo motus celi est perpetuus. Item quod motus circularis siue celestis sit perpetuus scdm naturā/ patet ex eo quod non habet aliquā intēsionem vel remissionē: sed semper est vniformis/ nec magis tendit ad acquirendū istud vbi quam illud: Preterea motus celi nō tendit ad aliquē finē acquirendum: ergo perpetuus est scdm naturam. Ex predictis patet quod motus celi nec est naturalis/ nec violentus/nec animalis. Quod motus celi nō sit naturalis/ nec violētus/patet ex eo quod omnis talis motus est motus rectus. Ponamus ergo quod aliquod corpus/siue naturaliter/siue accidentaliter/ vel violenter moueatur per aliquā lineā siue spacium finitum: Omne eñ spacium finitū est: Illud ergo corpus pertransit aliquando spaciū illud/cū sit finitū: aut ergo stabit ibi aut non: si stabit: ergo quiescit in presenti: ergo motus ille nō est perpetuus: si non stabit: ergo redibit: quia nō est vltra procedere: Aut ergo redibit in eodem tēpore/ aut in alio: si in eodem: ergo similis in eodem tpe ibit et redibit: ergo iā duo opposita erunt in eodem/ quod est impossibile: Si in alio: ergo quies fuit in medio illorū temporum: ergo cessauerat ille motus ergo non fuit perpetuus: Sed probatū est/ quod motus celi sit perpetuus scdm naturā: ergo non est naturalis/ nec violentus. Itē motus naturalis intenditur vel remittitur: motus celi nō: ergo non est naturalis. Item Auicenna probat/ quod motus celi nō est naturalis: quia motus naturalis est ab aliquo in aliquid: et semper tendit aliqd acquirere: quo acquisito/ quiescit illud mobile: Motus aūt celi non acquirit aliquid in quo quiescat: ergo nō

est naturalis. Jtē hoc idē ꝓbat alia rōne: qꝛ ea q̄ mouent̄ naturaliter/et sunt eiusdē speciei et nature: mouent̄ versus eādē ptē: sicut oīa grauia descēdūt ad cētrū/ꝛ oīa leuia supius: ꝙ cū celū sit eiusdē speciei ꝛ nature: si eius motꝰ esset naturalis/ moueret̄ versus eādē ptē: et nulla esset ibi diuersificatio: sicut ꝓbatū est in astronomia: Et Aristo. dicit in lib. de celo ꝛ mūdo ꝙ octaua sphera mouet̄ ab oriēte in occidēs: et alie septē sphere mouent̄ contra incessū ṗmi mobilis: ergo nō mouet̄ versus eādē ptē: ergo motus celi nō est naturalis. Jdē ꝓbat̄ sic: Motus celi est principiū nature ꝛ reꝝ naturaliū: qꝛ mediāte illo motu/oēs ille res naturales generāt̄ et corrūpunt̄ ꝛ alterant̄: Jllud aūt qd̄ est causa alicuiꝰ/ fortiꝰ ꝛ nobilius est eo cuiꝰ est causa: et ita cū motꝰ ille sit ṗncipiū naturaliū/ nō est subiectꝰ nature: ergo nō est naturalis/ ꝫ supnaturalis. Qꝛ aūt motus celi nō sit violētus/probatū est supra: Omne eñ violentū velociter trāsit. Silr̄ ostēdit̄ ꝙ nō sit aīalis: Quia dicit Aristo. ꝙ motus aīalis nō est sine pena ꝛ labore/nec sine terminatiōe: motus aūt celi est sine pena ꝛ labore/et sine terminatiōe: ergo motus celi nō est aīalis. Jtē motus aīalis intendit̄ in medio: motus celi nō intēdit̄: ergo nō est aīalis. Preter hos ergo motus oportet ponere aliū motū celi. s. circularē: vt dicit Aristo. in lib. de celo ꝛ mūdo. De quo dicit silr̄ Auicēna/ ꝙ nō est simpliciter aīalis/ ꝫ p silitudinē: qꝛ sicut aīa humana mouet corpus humanū/ et corpꝰ obedit ei: ita angeli ex eo ꝙ cognoscūt et vident suū creatorē leticia ꝛ desiderio mouēt illas spheras: ita ꝙ ṗma sphera q̄ est maxima spheraꝝ/ex tali desiderio mouet̄ a ṗmo ordine: Vñ appellat sp illū motū/ motū desiderij siue desideriū. Et secūda sphera mouet̄ a secūdo ordine: ꝛ sic de singulis p ordinē. Vñ ipse dicit ꝙ angeli sunt q̄si aīe: nō tñ sūt simpliciter aīe: et iō ille motus celestis dicit̄ q̄si aīalis: nō tñ dicit̄ simpliciter animalis.

De numero celorum: Ca. VIII.

Et nota ꝙ octo distinguūt̄ sphere celestes: Quarū prima est in qua stelle fixe sunt/ q̄ sunt innumerabiles: sic dicit Aristo. Secūda sphera est saturni/ in qua solūmō est saturnꝰ. Tertia iouis. Quarta martis. Quinta solis. Sex

ta veneris. Septima mercurij. Octaua lune. Unde versus: Octo sunt sphere/ quas sic poteris retinere: Celum stellatũ/ saturnus/iupiter/et mars/ Sol/venus/ has sequitur mercurius/vltima lune. Sub luna vero nõ sunt nisi res corruptibiles sicut ignis ꝛ aqua: et alia corruptibilia: sicut dicit Macrobiꝰ. Tholomeus autẽ assignat aliam spheram super istas/ in qua sunt angeli et res spiritales ꝛ incorruptibiles: et illa est immobilis. Theologi aũt distinguũt septẽ celos. s. aereũ/ethereũ/igneũ/sydereũ/cristallinũ/empyreũ/celũ trinitatꝭ. Quoꝝ numerus sic põt accipi: Quia celũ vel noĩat rẽ creatã/vel increatã: Si increatã/sic est celũ trinitatis: Si creataꝫ/vel noĩat rẽ corruptibilẽ/vel ĩcorruptibilẽ: Si corruptibilẽ/vel q̈tũ ad extrema/vl' q̈tũ ad mediũ: Si q̈tũ ad extrema/sic est celũ aereũ et igneum: Si q̈tum ad mediũ/sic est celum ethereum: Si vero mominat rem creatam incorruptibilem/ tunc iterum vel q̈tum ad extrema/vel q̈tum ad medium: Si q̈tum ad extrema/sic est celum sydereum et celum empyreum: Si q̈tum ad medium/ sic est celum cristallinum. Et nota q̄ motus octaue sphere dicitur vniformis: Motus autẽ planetarum et aliarũ spherarum inferiorũ dicitur esse duplex: sicut motus solis est duplex. s. tropicus siue diurnus/ et reuolutio ĩmobilis in contrarium primi mobilis siue motus proprius. Motus tropicus dicitur conuersiuus vel consensiuus: Unde omnes planete in astronomia dicunt̃ tropici: quia retrogradantur a motu primi mobilis: Qui motus cum tanto desiderio est/ q̄ omnes alias spheras secum reuoluit. Motus autẽ qui dicitur reuolutio ĩmobilis/est proprius et naturalis planetarũ. Quare aũt sphere planetarũ moueant̃ (vt dictũ est)contra incessũ p̃mi mobilis/ diuerse a diuersis assignant̃ rõnes. Quidã eñ dicũt q̄ hoc fit ad retardandũ motũ p̃mi mobilis: nisi eñ (vt dicũt) motus ille tetardaret̃ ꝑpter nimiã velocitatẽ sui totuꝫ frangeret̃/vel iã diu factũ esset. Alij aũt dicũt q̄ hoc est ꝑpter hoïes/et alia q̃ sũt suꝑ terrã: qꝛ si motus p̃mi mobilis/q̃ est cũ tanto desiderio: non hab'eret aliquã retardationẽ/ nunq̈ȝ aliquid posset crescere suꝑ terram: neq̈ȝ homines possent viuere. Et hec de celo dicta sufficiant.

Incipit tertia pars. s. de elementis: Ca. I.

Postq̃ dictũ est de corpore mobili ingenerabili et incorruptibili: Dicendũ est de corpore mobili generabili et corruptibili. Et primo de simplici: postea de composito: Corpora aũt generabilia ⁊ corruptibilia simplicia sunt elementa. Unde nunc de elemẽtis dicendũ est: que distincta sũt sub celo in suis sitibus: ita q̃ illud quod est subtilius alijs/ ꝓpinquius est celo: sicut ignis: quia subtilior est aere/ propinquior est celo q̃ aer: et aer q̃ aqua: et aqua q̃ terra. Primo ergo ponamus opiniones philosophoꝝ antiquorũ de elemẽtis. Secundo dicemus de primis qualitatibꝰ elementoꝝ. Tertio de generatione et corruptione elementorũ adinuicẽ: Gratia cuius etiam dicemus de alteratione/ et alijs speciebus motus ipsorũ. Anteq̃ ponamus opiniones de elementis/ notandũ q̃ elemẽtũ multis modis dicit̃. Dicitur eñ vno mõ principiũ artis complexũ: vt illud: Omne totũ est maius sua pte. Et illud: De quolibet dicit̃ affirmatio vel negatio: et de nullo ambo simul: et similia. Unde dicit Aristo. in lib. physicoꝝ: Dispositio veritatis et scientie est in his omnibus/ que sunt principia vel elementa: vbi appellat elemẽta/ principia. Dicit̃ etiã elementũ (vt dicit philosophus in quinto methaphysice) cõe omnibus rebus: quod est principiũ cuiuslibet/ et in quolibet primũ: sicut littere dicunt̃ elemẽta vocis significatiue ad placitũ: ⁊ similiter in alijs. Dicitur etiã elemẽtũ scđm specialiorẽ intellectũ/ cuiuslbet corporis sensibilis mixti principium. Et ꝫm hoc diffinit̃ elementũ in quinto methaphysice: Elementũ est illud ex quo componit̃ res primo: et est in eo: et non diuiditur scđm formã. i. speciẽ ĩ aliã formã. Uerbi gratia: In mixto est aqua/ cuius quelibet pars est aqua: et siľr in alijs elemẽtis. Et scđm hoc distinguunt̃ quattuor elementa. s. ignis/ aer aqua/ terra: que oĩa in materia cõmunicãt/ sed nõ ꝫm formas . s. calidũ/ frigidũ/ humidũ/ ⁊ siccũ. Et ideo dicunt̃ contraria/ ratione suarũ formarũ: Unde subiecto nihil est contrariũ ꝫm materiã/ ꝫ scđm formã substãtie aliquid est contrarium.

Opiniones antiquorũ de elemẽtis: Ca. II

De elementis

De elemētis diuersoꝝ diuerse sunt opiniones. Quidā enī ponebāt plura esse elementa: Quidā / vnū. Et inter eos qui ponebāt plura elemēta / adhuc fuit diuersitas. Empedocles ⁊ Aristo. ponebāt quattuor esse elemēta: q̄ dicta sunt: Attamē Empedocles nihil dicit certū de hoc: ponebat enī quattuor elemēta esse principia materialia oīm corporū: et ponebat duo formalia ꝑncipia. s. litē ⁊ amicitiā: Et dicebat ꝙ qn̄ qualitates ille siue differētie. s. calidū / frigidū / humidū ⁊ siccū sepabant̄ ab eis / cōglutinabant̄ in vnā massā ꝓpter amicitiā: postea illis differētijs siue qualitatibꝰ aduenietibꝰ / sepabant̄ propter litē: Et hoc ꝯtingebat post magnū annū. s. post decē milia annoꝝ. Ex dicto ergo Empedoclis nesciebat̄ vtrū illa elementa essent ꝑncipia illius masse / vel massa esset principiū elementorū. Democritus et Leutippus ponebant corpa indiuisibilia esse principiū oīm corporū: vnde ⁊ ea athomos appellabāt / que et infinita dicebāt. Et suā positionē sic ꝓbabant: Possibile est corpus diuidi in infinitū: ponat̄ ġ aliqđ corpus diuidi in infinitū: aut ergo remanet aliqđ / aut nihil: Si nihil / ergo aliqđ corpus cōstaret ex nihilo: quod est impossibile: Si aliqđ remanet: aut est corpus / aut nō corpus: Si nō corpus / ergo aliqđ cōstaret ex nō corpe: hoc iteruz est impossibile: Si autē est corpus: aut est diuisibile / aut indiuisibile: Si est diuisibile / hoc est cōtra positū: Positū enī est qđ diuideret̄ in infinitū / et vsq̄ dū diuidi nō posset: Si aūt indiuisibile / habeo ꝓpositū. s. ꝙ corpa indiuisibilia sunt principia oīm corporū. Huic aūt probationi Aristo. respōdens / dicit: ꝙ corpus est diuisibile in infinitū potētia / nō tn̄ actu: Ipsi aūt intellexerūt corpus esse diuisibile in infinitū actu. i. diuisibile vsq̄ ad vltimū / vt vlterius diuidi non posset. Anaxagoras autē infinita ponebat elemēta: et dicebat cōtrariū Aristo. et Empedoclis. Dicebat enī ꝙ illa quattuor elementa: ignis / aer / aqua / terra / essent elemētata: et oīa alia essent elemēta. s. lignū / lapis / caro ⁊c̄. Et ꝙ ita esset / probabat ꝑ hūc modū: Tu dicis / ꝙ illa sunt quattuor elemēta: et ex illis constat caro / ⁊ ꝯsimilia: Aut igit̄ illa caro que constat ex eis / est in eis: aut non: Si nō est in eis / ergo ex nō entibus cōstaret ens: qđ falsuz est: Si vͦo in eis est

caro: ergo eadē rōne ꝛ ossa ꝛ medulla ꝛc. ergo illa q̄ sūt intus/ sūt elemēta: et illa q̄ttuoꝛ. s. ignis/ aer/ aq̄/ terra/ sūt elemētata. Itē Anaxagoras dicebat/ ꝙ q̄dlibet eēt in q̄libet: Dixit eīm ꝙ in carne erat os/ ꝛ iteꝝ ī illo osse caro/ ꝛ iteꝝ ī illa carne nerui: et iteꝝ aliq̄d aliud ī neruis: et ita vsq̄ ad īfinita. Arist. aūt ip̄robat eiꝰ opinionē in p̄ncipio phy. dicens: Aliq̄ caro est minima caro: ita ꝙ si diuideret̄ illa caro/ iā non esset caro: vt dicis. In illa ḡ carne minima est os/ ꝛ in illo osse alia caro: ergo illa caro q̄ est in osse est minoꝛ caro alia: q2 oē q̄d cōtinet̄ est minꝰ eo q̄d cōtinet: ergo illa caro est minoꝛ minima: ergo aliq̄d est minus minimo: q̄d est impossibile. Relinquit̄ ergo opinionē esse fasā. s. Anaxagore. Eoꝝ v̄o q̄ dicebāt vnū esse elemētū/ quidā dicebāt illud esse mobile: quidā/ ꝙ esset immobile: sicut Parmenides et Melissus/ qui dicebant vnū tm̄ esse principiū. s. vnū ens cōtinuū ꝛ immobile. Et ꝓbāt in hūc modū ꝙ esset immobile/ dicētes: Aut aliq̄d mouet̄/ aut nō ꝛc. vt supra in p̄ma p̄te de motu est dictū. Eraclitus autē dicebat ꝙ esset vnū solū elemētatū materiale ꝛ mobile. s. ignis: Et ꝙ essent duo principia formalia. s. rarū et densū. Et ꝓbabat in hūc modū: Omne coꝛpus est mobile: et oīs motꝰ est ab igne: q2 nullū est coꝛpꝰ adeo mobile: ergo ignis est elemētatū oīm corpū inferioꝝ: et scd̄m q̄d cōdensat̄/ fit aer: et q̄n plus condensat̄/ fit aqua: et q̄n iterū fit magis spissū/ vocat̄ terra: quare solūmō ignis est elemētū.

De primis qualitatibus: Ca. III.

Restat nūc dicere de primis q̄litatibus cōtrarijs elementoꝛū: q̄ sunt calidū ꝛ frigidū/ humidū ꝛ siccū/ quibꝰ determinata sunt elemēta: Ignis eīm ē calidus ꝛ siccꝰ: aer humidus ꝛ calidus: aq̄ frigida ꝛ humida: terra sicca ꝛ frigida. Quattuoꝛ eīm q̄litates p̄dicte sex faciūt cōbinationes: q̄rū q̄ttuoꝛ p̄dicte sūt possibiles: due v̄o ipossibiles. s. calidū et frigidū/ humidū ꝛ siccū: q̄re illis duabꝰ cōbinationibꝰ nullū elemētū determinatū est: Cōtraria eīm sit̄ in eodē esse ē impossibile. Dicunt̄ aūt iste q̄ttuoꝛ q̄litates p̄me: q2 nō fluūt ab alijs/ s̄ oēs alie q̄litates siue cōtrarietates ꝓueniūt ex istis: Vn̄ caliditas nō ꝓuenit nec depēdet a siccitate: nec econuerso: et sic de alijs. Et ꝙ hoc sit verū/ sic ꝓbat̄: Quia si caliditas depēderet a sic-

citate: ergo quicquid esset sūme calidū/ esset sūme siccū: et sic ignis: q̄ est sūme calidus/ esset sūme siccus: qđ falsū est: sicut ꝓbabit̃ inferius p diffinitionē siccitatis: q2 terra est sūme sicca. Eadez rō est in alijs. Et sic patet ꝙ vna cōtrarietas nō depēdet a reli qua: q̄re (vt p̄dictū est) q̄litates p̄me dicunt̃. Secūdarie autē sunt que causant̃ ab istis. s. durū ꝛ molle/ dulce ꝛ amarū/ albū et nigrū: et consimilia. Reuertamur ergo ad ꝓprietates et dif finitiones istarū qualitatū. s. calidū/ frigidū/ humidū et siccū. Calidū sic diffinit̃ ab Aristo. in lib. de generatione et corrupti one: Calidū est congregatiuū homogeneorū/ et disgregatiuū etherogeneoꝝ: aggregat eñ aurū cū auro/ et argētū cū argen to: et sepat aurū a ferro/ et plūbū ab argēto. Et dicunt̃ homo genea ab homos/ qđ est vnū/ ꝛ genus: inde homogenea dicū tur q̄ sunt eiusdē generis vel speciei. Etherogenea dicunt̃ ab etheros/ qđ est diuersū/ et genus: inde etherogenea dicunt̃ q̄ sunt diuersorū geneꝝ vł specierū. Obijcit̃ tñ cōtra diffinitionē p̄dictā: Quia videmus ꝙ adueniēte calore solis/ ꝯgregat pa leā cū luto/ q̄ sunt etherogenea: nō ergo disgregat illa. Ad qđ r̄ndet̃/ ꝙ p̄ncipalis actus calidi est calefacere: secūdarij sūt cō dēsare/ disgregare/ subtiliare: et huiusmōi: Et isti actus secū darij nō sunt diuersi ex diuersitate agētis/ ſ ex diuersitate ma terierū: In quibusdā eñ materijs habet subtiliare/ sicut in ce ra: ꝛ in quibusdā cōdēsare/ sicut in luto. Diffinitio ergo p̄dicta da ta est in cōpatiōe ad actū secundariū/ q̄ ad q̄ndā materiā: non q̄ ad omnē. Frigidū aūt est cōgregatiuū homogeneoꝝ ꝛ ethe rogeneoꝝ: Vñ ꝯgregat aurū cū auro/ ꝛ auꝝ cū argēto: qđ nō facit calidū: immo videm⁹ in estate ꝙ caro rarefit/ et aperiunt̃ pori/ et humiditas naturał exit et sudor: in hyeme aūt cōstrin git̃ caro/ ita ꝙ humiditas naturalis nō exit: et inde est ꝙ cele bratior est digestio in hyeme q̄ꝫ in estate. Nota tñ ꝙ principał actus frigidi est frigefacere: secundarij aūt sunt cōgregare ho mogenea et etherogenea/ et alij q̄ꝫ plures: vnius eñ rei vnus est actus principalis (sicut dicit Auicēna) plures vo secunda rij. Vñ Aristo. octauo physicoꝝ dicit ꝙ calidū pōt frigefacere et frigidū calefacere. Verbi gratia: Adueniēte calore/ apiunt̃ pori: ꝛ humores naturales exalāt/ ita ꝙ corp⁹ interi⁹ frigescit.

Similiter frigus cōstringit corpus/et retinet humores intus ita q corpus efficit calidū: Isti aūt effectus sunt p accidēs. Humidū est qd est male terminabile termino pprio: bene aūt terminabile termino alieno: Unde patet q aer humidior est q̄ aqua: qr magis est fluxibilis q̄ aqua. Ex hoc aūt patet error eorū qui dicūt/q oīe corpus est porosū: qr si aer esset porosus/haberet foramina z cōcauitates ad q̄s terminaret: et sic esset bene terminabilis termino pprio/qd falsū est. Siccū autē est qd est bene terminabile termino pprio/male aūt termino alieno: sicut est terra/lapis: z similia. Et nota q (sicut dicit Aristo) humiditas est causa grossiciei: qr inducit grossitudinē humorū: Siccitas autē est causa subtilitatis: qr ex siccitate puenit subtilitas. Itē nota q (vt dicit Aristo.) predictarū qualitatū due sūt actiue. s. calidū et frigidū: et due sūt passiue. s. humidum et siccū: Que due dicunt passiue: qr non sunt adeo vehemētis actionis/sicut alie due: alioquin nō cōtingeret ex terra generari aquā: nec ecōuerso: Illa eñ elementa conueniunt in frigiditate. Nisi ergo inter siccū terre z humidū aque esset passio et actio/nō cōtingeret ipsa generari adinuicē: Generatio eñ nō fit nisi in habētibus cōtrarietatē actionis et passionis: Eodē mō intelligēdū est de aere z igne. Similiter z alie due .s. calidū et frigidū dicunt actiue: nō q oīno nō sint passiue/s quia minus sunt passiue q̄ humidum et siccum: alioquin ex aqua nō fieret aer/qr cōueniūt in humido: nec ex terra ignis/quia conueniunt in sicco.

De generatione elementorū: Ca. IIII.

Et quia oīa elementa generant adinuicē: Ex vno eñ pugillo terre fiūt decē aque: et ex vno aque/decē aeris: et ex vno aeris/decē ignis: Dicēdū est nūc de generatione ipsorū: pscrutādo pmo/an fuerint generata/vel creata. Super quo Aristo. in lib. de celo z mundo ponit opinionē: que dicitur fuisse Ptolomei/q elemēta primo fuerūt facta p motuz celi. Cōtra qd sic obijcit: Aut ille motus fuit in aliqd corpus/aut in materiā nudā: Si in materiā nudā: hoc est impossibile: qr materia nūq̄ est nuda: quod sic ostēdit: Sit ita/q aer agat in ignē corrūpēdo ipsum: Aut igit materia erit nuda/aut nō:

Si nō/habeo ꝓpositū: Si sic/ergo nō appropriata alicui loco: qꝛ si esset in loco/esset sub corporeitate: ergo nō est ratio quare ignis vel igneitas detˀ ei in loco illo magis ꝙ̄ in alio: Sed nos videmus ꝙ vbi est actio illa/ibi est positio igneitatis: ergo iā appropriatˀ alicui loco: et sic est sub corporeitate: ergo materia nunꝙ̄ est nuda. Si vo agat in corpus aliud preter elementū/ ergo illud corpus fuit ante elementa: ergo elemēta nō fuerūt prima: et sic nō essent elemēta/qđ falsū est. Relinquitˀ ergo/ꝙ elemēta nō sunt generata/ꝫ creata: Qđ concordat cū Augu. qui dicit/ꝙ oīa.i.oēs maiores ptes mūdi/simul creata sunt in materia ꝛ forma. Post hoc sciēdū est/ꝙ duplex est generatio.s generatio simplex/ꝛ generatio quedā nō simplex. Generatio simplex est generatio substantialis. Generatio quedam non simplex est quelibet transmutatio siue alteratio. Unde generari simpliciter pōt sic diffiniri: Generari est expoliari materiā a forma substātiali/et induere aliā formā substātialē. Cū ꝫ oīs expoliatio sit a cōtrario/ oportet generationē ꝛ corruptionē fieri mediantibꝰ ꝓprietatibus primaꝝ qualitatū. Unde etiā patet ꝙ materia prima est ingenita ꝛ incorruptibilis: qꝛ si esset generata/hoc esset ex alia materia: ergo materia haberet aliā materiā: et sic esset ꝓcedere in infinitū: hoc aūt est impossibile: ergo p̄ma materia nō ē generata/ꝫ creata. Et nota differētiā inter generare/creare/ et facere. Generare est facere siue ꝓducere aliq̄d ex aliq̄: Creare est ex nihilo aliq̄d facere: Facere vo ē cōe ad vtrūq̄ꝫ. Ex p̄dictis patet/ꝙ illa elemēta facilíꝰ trāsmutantˀ adinuicē/ q̄ ꝯueniūt in aliq̄ q̄litate ꝙ̄ illa q̄ in nl̄la cōueniūt: Facilꝰ est em̄ vincere vnā ꝯtrarietatē ꝙ̄ duas. Un̄ terra facilius trāsmutatˀ in aquā ꝙ̄ in aerē: cōuenit em̄ cū aqua in vna q̄litate: cū aere vo in nulla: et sic de aliis. Et hoc est qđ dicit Aristo. in primo de generatione ꝛ corruptione/ ꝙ quecūq̄ꝫ habēt simbolū.i. cōueniētiā adinuicē/velox est eorū transmutatio: q̄cūq̄ꝫ aūt nō habēt/tarda: qꝛ facilius est vnū ꝙ̄ multa trāsmutare. Et nota ꝙ generatio vnius elemēti est corruptio alterius: ꝛ ecōuerso: Un̄ quidā dicūt ꝙ generatio ꝛ corruptio sunt idē in subiecto vel substātia: diuersificantˀ tm̄ scđm terminos: sicut eadē est via de thebis ad athenas: ꝛ ecōuerso:

dicunt tñ ꝑm terminos. Alij dicũt ꝙ nõ sunt idẽ: Et predictũ vbũ glosãt sic: Generatio vni⁹ est corruptio alteri⁹: ⁊ ẽuerso i. ad generatiõez vni⁹ elemẽti seqͥt corruptio alteri⁹ ⁊ ẽuerso.

De motibus elementorum: Ca. V.

SEquit de alteratiõe. Alteratio est mot⁹ de vna q̃litate ad aliã q̃litatẽ. Et ꝑ hoc ꝙ dico / q̃litatẽ: tãgo qualitatẽ accidẽtalẽ: sicut sunt sanitas ⁊ egritudo / rotunditas ⁊ angularitas / dulcedo et amaritudo / calidũ et frigidũ: et silia. Differt autẽ alteratio a generatiõe: qm̃ alteratio est mutatio de qualitate accidẽtali ad q̃litatẽ accidẽtalẽ: In generatione vo est mutatio de forma substãtiali ad formã substãtialẽ. Itẽ in alteratiõe necesse est manere idẽ subiectũ sensibile: in generatione vo nõ / ꝫ scd̃m totũ fit trãsmutatio. Subiectũ sensibile dico ꝓpter materiã primã: q̃ licet maneat eadẽ in generatiõe / tñ ꝑm qd̾ talis est / nõ est sensibile. Sequit de augmẽto ⁊ diminutione. Augmẽtũ sic solet diffiniri: Augmentũ est motus de minori q̃titate ad maiorẽ q̃titatẽ: Et ẽuerso: diminutio est motus de maiori quãtitate ad minorẽ. Et nota ꝙ augmẽtãs et augmẽtatũ necesse est esse silia et diuersa: Similia quidẽ in materia: diuersa vo siue ꝯtraria in formis. Cui⁹ rõ est: qm̃ agẽtia ⁊ patiẽtia necesse est esse similia / ⁊ diuersa: augmẽtãs aũt ⁊ augmẽtatũ adinuicẽ agũt et patiunt. Qꝫ autẽ augmẽtum sit motus / manifestũ est: Oportet eñ ꝙ alimẽtũ siue cibus transmutet et subintret formã carnis. s. carneitatẽ / vl' ossis. s. osseitatẽ: et ꝓpter illã subintrationẽ dilatat caro / siue os elõgat siue inspissat: et tales actus. s. dilatatio: et ceteri / sũt motus: q̃re patet ꝙ augmẽtũ est motus: Et ẽuerso patet diminutionẽ motũ esse. Differũt aũt augmẽtũ ⁊ diminutio ab alteratione: qm̃ alteratio attẽdit i q̃litate: augmẽtũ vo ⁊ diminutio i q̃titate.

De loci mutatione.

SEquit de loci mutatione. Mutatio loci est motus ab vno loco ad aliũ. Et talis motus est triplex. s. naturalis violẽt⁹ ⁊ aialis: De quib⁹ qꝛ dictũ est supra / trãseũdũ ẽ ad dicẽdũ de mixtione: Et qꝛ mixtionẽ ꝓcedit cõtactus: iõ primo vidẽdũ est de cõtactu. Tãgere siue cõtactus (sicut diffinit

Aristo. de generatiõe ⁊ corruptiõe) dicit͛ multipliciter. Uno em̄ mō dr̄ cōtact⁹/ qn̄ aliq̄d tāgit aliud sine medio: sicut i cōtiguis quoꝝ vltima sūt sil': sicut supficies tāgit supficiē: ⁊ ꝑm hoc quicq̄d tāgit/ tāgit͛. Scd̄o mō dicit͛ tact⁹ p silitudinē: ꝑm qđ dicim⁹ ꝙ res tristabilis tāgit nos/ ꝟ nos nō tāgimus eā: et scd̄m hoc nō quicq̄d tāgit/ tāgit͛. Tertio mō dr̄ tactus i ꝯtinuis/ q̄ꝝ ptes copulant͛ ad vnū terminū cōmunē: sic ptes linee tangūt se i pūcto ꝯtinuāte: ꝑm qđ dicit Ari. in physicis ꝙ inest pūcto vt tāgat. Tact⁹ p̄mo mō/ q̄ est applicatio duaꝝ supficierū sine medio/ necessarius ē ad actionē ⁊ passionē. Un̄ optet vt q̄cūq₃ agūt ⁊ patiunt͛/ tāgāt se: sicut ignis agit i aerē/ ⁊ calefacit ip̄m et aer calefacit digitū/ ⁊ agit in ipsū: et hoc mō est p contactū. Un̄ dicit͛ ꝙ cōtact⁹ ē causa material' adaptās actiões ⁊ passiones: sic luciditas ē causa material' adaptās imutatiões colorꝫ.

De mixtione

Sequit͛ de mixtione. De q̄ p̄mo notādū est/ ꝙ duplex ē mixtio: Quedā em̄ ē ad sensū: sicut qn̄ ponit͛ ordeū cū frumēto: et ista quidē videt͛ esse mixtio/ ⁊ nō est. Est ⁊ alia ꝑm veritatē. Et illā sic diffinit Aristo. in. j. de gene. et cor. Mixtio est miscibiliū alteratoꝝ vnio. Et nota ꝙ oīa q̄ sūt miscibilia/ optet vt sint agētia et patientia: agētia in eo qđ diuidunt: patiētia in eo qđ diuidunt͛. Un̄ patet ꝙ illa q̄ nō habēt cōtrarietatē/ nō sūt mixtibilia: Patet etiā ꝙ elemēta pn̄t misceri/ et facere ex se vnū aliq̄d: qm̄ qđlibet elemētū est ꝯtrariū alteri. Diuidunt͛ aūt elemēta i mixto nō vsq₃ ad indiuisibilia: om̄e em̄ corpus est diuisibile/ ꝟ vsq₃ ad q̄sdā ptes minutas vel pticulas minimas a natura determinatas. i. vsq₃ ad minima ꝑm speciē. Itē nota ꝙ ꝓprietas mixti est/ ꝙ q̄libet pars mixti debet esse hōgenea. i. eiusdē speciei cū suo toto: ⁊ si aliter esset/ mixtio ꝑm ꝟitatē nō esset. Et nota differētiā inter cōpositionē cōfusionē ⁊ mixtionē. Cōpositio est qn̄ vtrūq₃ cōpositoꝝ manet in sua ꝟtute: et ponit͛ pars iuxta ptē: sicut qn̄ cōponit͛ ordeū cū frumēto. Confusio ꝟo est qn̄ nō ꝓportionant͛ virtutes partiū: nec trahunt͛ ad speciē. Mixtio em̄ est qn̄ ꝓportionant͛ virtutes/ et trahuntur ad speciem. Et hec de elementis ad presens dicta sufficiant.

Incipit liber methaurorum Ca. I.

Dicto de corpe mobili generabili simplici: Dicēdū nūc est de corpe mobili composito/ siue de elemētatis. De quibus pmo notādū est/ q quedā elementata sunt prime compositiōis: sicut vapor resolutus ex aqua ꝛ terra a calore solis: siue maneat clausus in visceribus terre/ siue eleuetur in aerē scōm plus et minus iuxta triplex intersticiū aeris: Fm etiā qđ causantur de ipso diuerse passiones/ siue impressiones aeris: Qui em̄ eleuaꝝ sup terrā/ est principiū eoꝝ qui fiunt in aere scōm diuersa intersticia: sicut sūt comete Assub. Anaysel. .i. impressio generalis/ tonitrua/ fulgura/ corruscationes/ nubes/ pluuia/ grando/ nix/ pruina/ ros: Qui vo manet in visceribus terre/ ipse calefacit fontes in hyeme: Ipse est etiā principiū terremotus: et ex eo generanꝝ corpora mineralia: sicut sulphur: ex cui⁹ cōbustiōe calefiūt therme. i. balnea: lapis/ argētumuiuū: qđ est principiū oīm metalloꝝ: Que sūt septē. s. plūbum/ stagnū/ es/ auricalcū/ cuprū/ argētū/ aurū: Electrū autē nō est simplex metallū: qđ quidē fit ab arte ꝛ a natura: ꝫ qđ a natura melius. Et ista sunt quattuor elemētata secūde cōpositionis. Sunt quedā elemētata media: que nec sunt sup terrā nec sub terra: Et hoꝝ quedā sunt infixa terre: sicut terre nascētia/ vt plāte arboꝝ ꝛ herbarū: ꝛ quedā nō: sicut aīalia. Ponūt tñ quidā media esse inter aīalia ꝛ plantas: vt spongia marina que radicib⁹ nutriꝝ/ vt plante: et tactu sentit/ vt aīalia. Sed horū principiū vapores sunt/ vł p se cōgeneranꝝ primo: vt plāte ex seminib⁹/ vel mediāte pluuia/ siue nutrimēto: Nutriunꝝ em̄ terre nascētia ex mixtura terre et aque. Et ista sunt tertie cōpositionis: in qua cōpositione iā est aliquo mō cōfracta cōtrarietas: que prohibebat elementa prime cōpositionis et secunde habere animā: Unde plante habēt animā vegetabilē: Et qꝛ vapores sūt pncipia terre nascētiū/ ꝛ ex terre nascentib⁹ generanꝝ humores alituū: ex quib⁹ cōposita aīalia nutriunꝝ/ et semen vel oua formanꝝ/ de quib⁹ aīalia generanꝝ: manifestū est q vapores sunt pncipia aīaliū irrationabiliū/ q̄ sūt q̄rte cōpositiōis: et rōnabiliū. i. hoīm/ q̄ sunt quinte cōpositionis.

sine lesione pedũ et extinguit: et cessat violentia: et non ledit hominem. Quintus modus egressionis eiusdem vaporis est ex nube debilitata: Et ille nihil omnino nocet: quia statim ad tactũ aeris extinguit ꝛ retundit: ita ꝙ statim cessat simul incẽdiũ eius et violẽtia impulsus. Sed hic adijciẽdũ est / ꝙ ꝓpriũ tempus tonitrui est: aliud in frigidis regionibus .s. in climate quinto ꝛ sexto / et vltra: aliud in calidis. s. in quarto ꝛ tertio et secundo ꝛ primo. In regionibꝰ frigidis raro fortiter tonat / nisi sole existẽte in tropico estiuali: qui est in capite cancri / vel accedẽte ꝓpe vł recedẽte: eo ꝙ tunc fortis existẽs simul eleuat vaporẽ aque ꝛ terre: ex quibus iunctis causatur tonitruũ. In alijs autẽ. s. calidis regionibus / causantur toni rua in equinoctijs: hoc est / sole existẽte in capite arietis ꝛ libre: Quãdo eñ est in cancro / tunc potius incẽdit vaporẽ ꝙ̃ eleuet ipsum. Nec hoc est cõtrariũ qđ supra diximus. s. sol in estate abscindit cõburẽdo vapores: Hoc eñ verũ est de vaporibus debilibus: ꝫ cũ fortis est calor: non potest consumere vaporẽ grossum / sed eleuat ipsum: sicut magnus ignis eleuat magna ligna incensa et facit ea volare ꝑ aerẽ. Vñ et rustici oseruauerũt / qđ nõ parue considerationis esse videt. s. ꝙ qñ in hyemalibus signis: sicut in capricorno vł aquario / audiunt tonitru ꝫ: ꝙ tunc initio veris / ꝛ forte ꝑ totum annũ plus ventabit ꝙ̃ in alio anno. Et huius causa est: quia significat multã materiã ventoruꝫ esse in aere / que nõ de facili abscindit etiã ꝑ totũ annũ. De tonitruo dicit Isidorus in lib. ethimologiaꝝ: Tonitruũ dictũ est / eo ꝙ sonus eius terrat: Nam totus sonus dicit: qui ideo interdũ tã grauiter cõcutit omnia / vt celũ discidisse videat: Quia cum procella vehemẽtissimi venti nubibus se repẽte immiserit turbinẽ inualescẽte exitũqꝫ querẽte / nubẽ quã exintrauit impetu magno ꝑscindit: ac siccũ horrido fragore defert ad aures. Qđ mirari quis non debet: cũ vescicula ꝙ̃uis parua sit / magnum tamen sonũ displosa emittat: Cũ tonitruo aũt simul et fulgur exprimit: Sed illud celerius videtur / quia clarum est: hoc autem ad aure tardius peruenit. Hec igitur dicta ad presens de tonitruo sufficiant.

De tempore impressionum tonitrui ꝛ cho-

ruscationis: Capitulum. VIII.

TEmpus autē impressionū: que sunt tonitruū ꝛ chorușcatio/est ꝑcipue in estate: et quando etiam est magnū cauma: et tempore magni estus. Cuius causa est: quia impressiones fiunt de vaporibus grossis spissis ꝛ humidis/ex quibus fiunt nubes nigre spisse vel sicce: quia sunt ex vapore terrestri inflāmato: Uapor autē huiusmodi eleuatus in supficie terre: vbi terra subtilis est/ aqua subtilis est que per pluuias descēdit ad terram: Sed vapor iste emittit de profundo terre: vbi aqua est impura/ terrestris/ spissa et grossa/ et glutinosa materia de terminis vicinis terre: quia ex his proprie fit vapor harum impressionuz: Unde non potest fieri/ nisi sit calor valde magnus: et ideo non potest fieri nisi tempore estiuo. Adhuc etiā non fit tonitruū nisi de vapore adusto/ qui in sui inflāmatione vel adustiōe incipit inflammari: sicut antea diximus: Calidum autē adurens nō est nisi tempore estatis: et ideo vapor tonitrui et chorușcationis non est nisi in frigore fortissime impellente nubē aquosam/ et comprimēte vaporē: tale autē frigus non est in aere nisi ꝑ expulsum vndiqꝫ ꝑ locū vicini aeris. Hec autē impressio nō est fortis nisi tempore caumatis: vt patet ꝑ iam dicta: Generatio autē tonitrui ꝛ chorușcationis ꝑ se non est tempore estatis. Ex hoc aūt scitur/ ꝙ generatio istoꝝ est post serenitatē: licet in ipsa opatione celū obnubilet: quia tempore nebuloso calidum dispsum est in aere: et non facit fortē opationē in loco vno: sed tamē quia ista non sunt nisi in nubibus/necessariū est vt celū obnubilet et in ipso descensu ipsorū: Licet autē aliquādo videant non esse nubes/ tamē micant fulgura: sicut in estate in sero videt chorușcatio celo sereno/precipue in crepusculo: tamē ibi nubes sunt vnde emicat chorușcatio: et ad nos venit alteratio splendoris tm̄: Ex dictis etiaz scitur facile locus duplex harū impressionū .s. locus vbi generant ꝫm formas suas: et locus vnde extrahitur materia sua. Necesse est eñ ꝙ generentur in loco suo et altiori ꝙ̄ alie impressiones humide: quia ille locus frigidior eo ꝙ ad ipsum frigus impellit ab inferiori calido. Et huius signū est/ multū spaciū: quod est inter auditū nostrū et chorușcationē/

et precipue quando sunt magna tonitrua: quia maius est tūc illud spaciū q̄ cum parua sunt tonitrua. Locus aūt vnde extrahitur materia est humidus grossus/humorē aqueū habēs terrestre conglutinosū non de facile sepabile: quia p ignē adurētē magis cōprimit᷑ ⁊ inspissat᷑ in nube. Qr aūt Jupiter q̄ est vnus de septē planetis/ habeat virtutē ⁊ proprietatē tonādi: nō alia causa est nisi quia habet virtutē ⁊ proprietatē eleuare fortē materiā siccorū ventorū: et p̄cipue quando coniunctus fuerit in virtute aliqua cum Marte tempore estiuo et signis aquilonaribus: quia tunc certissime predici possunt/ q̄ multe scintillationes fient in aere: ita etiā q̄ piculū sit futurū hominibus propter pestilentiā ex nimia corruptione futura ꝓpter incensos vapores pestiferos immixtos aeri: quia iupiter cum sole eleuat eos/et incendēdo corrumpit aerem: et ita fit aer venenosus. Et hec de tempore ⁊ de loco dicta sufficiant.

De terremotu: Ca. IX.

Terremotus autē causam materialē habet vaporē siccum/grossum valde terrestrē: Efficientem autē habet calorē solis penetrantē in profundum in ventre terre: Locum autē habet terram opilatam in superficie. Locus aūt opilatur tribus de causis. s. Aut quia est nō arenosus/mari tñ vicinus: ita q̄ fluxus et refluxus maris sunt apud terminos ipsius: Et sic opilatur locus humido maris: et concludit᷑ vapor/ qui non potest exalare: quia humidum est repletiuū pororum. Aut opilantur pori cōtinuis pluuijs replentibus poros: Aut quia terra est solida saxosa saxo continuo: Jn his em̄ exiccatur vel excitatur vapor a calore solis subtus: et non pōt exire propter opilatos poros in superficie: et ideo multiplicātur ibi vapores in ventre terre. Materia autē cū sit terrestris vapor/diuiditur per mulum ⁊ paucum/ ⁊ grossum et subtile/ et calidum adustiuū ⁊ frigidū temperatū. Ex his igitur duobus. s. ex loco et materia concluditur tempus egressionis et effectus. Tempus igitur egressionis vt frequēter/est tempus equinoctij: quia tunc multiplicat᷑ materia ventorū et in terra et extra: et multiplicata materia scindit᷑ terra ⁊ extēdit᷑ ⁊ egredit᷑. Visus ē tñ magn⁹ terremot⁹ durās multo tp̄e i lōbardia:

qui fuit circa tempus tropici hyemalis: Et hoc accidit ex eo ꝙ materia fuit multa ꝛ ꝓfunda in terra: et pori illo tempore valde opilati in terra: ita ꝙ nō potuit euaporare paulatim: ꝛ iō mouit sepe. Erat aūt vapor ille calidus valde/ et diffusus ꝑ latitudinē illiꝰ ꝓuincie: Et qꝛ erat calidus valde vt freq̄nter quieuit in die: quia tunc subtiliabaẜ a sole/ ita ꝙ mouere non poterat terrā: de nocte aūt frigore noctis inspissabaẜ/ ita ꝙ tūc mouere valuit: Et ideo p̄cipue medijs noctibꝰ veniebat ꝛ durauit sic fere ꝑ triginta dies. Tempus etiā diurnū est magis in mane ꝛ meridie q̄ꝫ in alio tp̄e: et magis in nocte q̄ꝫ in die/ nisi aliter veniat ꝑ accidēs. Quādo eñ vapor est calidus: sicut frequēter est/ tunc nimis subtiliaẜ in die: et inspissatus mouet terrā in nocte. Si aūt est frigidus paucus/ tunc stat de nocte: et quia paucus est/ primo respectu solis in mane subtiliaẜ et mouet. Si v̄o est frigidus ꝛ multus et spissus: tunc non subtiliatur ad mouēdū/ nisi sole confortato sup ipsuꝫ in meridie: egressus aūt eius quādo est paucus subtilis: et pori terre laxi/ est sine sono: et nō inducit nisi paruū terremotū siue tremorē. Si autē est subtilis paucus/ et terre pori cōstricti: tunc inducit cū paruo tremore sibilū quendā. Si v̄o est multus spissus et terre pori constricti: tūc aut est frigidus nō adurēs/ aut calidus adurēs. Item aut est vapor vnius venti principalis: aut duoꝝ oppositorū: sicut aquilonis ꝛ austri/ siue subsolani ꝛ fauonij. Itē aut est in loco vbi sunt aque: aut vbi nō sunt aque. Si est vapor nimis frigidus in loco non aquoso ꝛ multus/ ꝛ terre pori opilati eleuabit terrā: ita ꝙ videbiẜ mons vł collis: Et si proijcitur ad alium locū ex impetu tunc iterū residet/ egresso vapore vel in toto vł in parte. Si autē est frigidus multus in in loco opilato vbi sunt aque: tunc si aque sunt in sup̱ficie eleuationis/ absorbebit eas ꝑ tempus donec resideat qđ eleuatū est. Et ex hac causa accidit hoc qđ pro miraculo habitū est in partibus nostris in necayo/ in loco qui dicitur loysen: Ibi eñ absorptus fuit necayus fere ꝑ totā leucā vno die: et non sentiebatur minutio aque supra vł infra illā leucā: eo ꝙ in loco terre motus absorbebaẜ et egrediebaẜ post/ et iterū residēte fundo manauit vt prius. Si autē aqua fuerit in ꝓfundo: tunc q̄si ꝙ

proijcit terrã: et facit eam aperiri. Si aũt est vapor siccus adustiuus et in loco opilato nõ aquoso: tunc egrediens exufflat multum cineris combuste terre: ita q̈ quandoq̈ aperit ciuitates vicinas ꝛ destruit eas. Quãdoq̈ etiam tam iste q̃ precedens proijciunt terrã vel cinerem in fluuiũ/et operiunt: ita q̈ videntur absorbere eum: et quandoq̈ etiam obstruẽdo fluuios in vna parte/ cogunt apparere vel aperire in alia. Si aũt est vapor qui opponitur alij: hoc est valde incautum: quia tũc facit profundas voragines: et quandoq̈ vnus mouet aquam a parte vna/et alius veniente a parte alia: et inducunt ex concursu diluuiũ particulare: et precipue quando obstruunt hostia fluuiorũ ad fluxũ consuetũ. Exemplũ autẽ de terremotu ponitur in castanea ꝛ ouo: que si ponantur in igne non fractis corticibus/ vapor qui est interius excitatus a calore exteriori incipit subtiliari: ꝛ volens exire cum inueniat resistentiã/ impetu magno frangit testam: ita q̈ frequenter proijcit ouũ vel castaneam de igne. Signa autẽ precedentia terremotũ sunt: frigus ex vapore frigido/ et sonus ex motu subterraneo. Sequentia autẽ sunt/ caligo ꝛ tenebre circa solem vel stellas propter dispositionẽ nubiũ. Et hec de terremotu dicta sufficiant.

De vento turbinis: Ca. X.

Sequitur nunc videre de vento turbinis. Et de illo determinare facile est s̄m predicta: quia non causatur nisi a ventis ex opposito cõtra se venientibus/quorũ vterq̈ equipotens est alij. Effectus autẽ eius est quandoq̈ eleuatio pulueris: et quãdoq̈ eradicatio arborũ/ scd̃m quod fortiores sunt ꝛ debiliores. Quãdoq̈ autẽ vnus est debilior altero/ cũ resistentia tamẽ aliqua: et tunc cedit: et per totã viã vnius flatus semꝑ eleuatur puluis inuolutus scd̃m circulũ. Fit etiam quandoq̈ turbo ꝑ accidens a vento vno tm̄/ quando repercutitur ad parietem aliquam versus flatum suum.

De generatis ex vapore: Et primo de yride: Capitulum. XI.

Restat dicere de generatis ex vapore/ qui coniungitur cũ lumine solis ꝛ lune ꝛ stellarũ: sicut est yris ꝛ circulus

solis ꝛ lune et comete/et colores nubiū ꝛ nebularū / et galasia. Sciendū igit̄/ ꝙ yris scd̄m Aristo. causatur ex radio solis redeunte ad vaporē contrariū nubi .s. stantē ante nubem: sicut quādo radius refulgens ad aquā relucet ad parietē: et hoc qn̄ rorando incipit descendere tempore pluuie. Oportet aūt nubem esse tersam ꝛ quietē: Ex quiete em̄ partes confluūt/ cum sint similes: et sic exterior superficies plana fit ad recipiēdum radiorū impressionem: et sic radius relucet ad vaporem: sicut speculū luminosū relucet ad speculū simile sibi contra faciē positū. Huiusmodi signū ponit Aristo. in libro methaurorū/ dicens ꝙ viro cuidā debilitatus fuit visus: et dū iret/ vidit ante faciē suā lumen: qr multo humore grosso ꝛ turbido in pupilla oculorū defluente imago eius confusa ꝛ precipue oculorū/ imprimebat̄ in humore tanq̄ in speculo: ita ꝙ putabat aliū similem cōtra faciē suā ambulare. Et licet sol (cui⁹ imago est yris) sit rotundus: quia tamen longe altior est nubibus supiorem partē nubis tangens/ imprimit ei formā arculeā: Unde q̄to sol est ortui vel occasui propinquior: tāto in parte opposita apparet arcus maior. Colores aūt yridis causant̄ ex eo ꝙ nubes irradiata a sole partes quasdā habet altiores/ et alias demissiores: Item aliquas habet grossiores q̄ȝ vt solē transmittant: ꝛ alias subtiliores q̄ȝ vt solē excludant: Hec inequalitas alteraturā faciens/ lucē vmbramq̄ꝫ p̄miscet: et illā mirabilem arcus speciē representat. Sunt autē colores arcus scd̄m Aristo. tres aut quattuor .s. vinosus siue rubeus extrinsecus sup globositatē arcus: post quē sequit̄ viridis/ qui est interior ꝛ exterior: Sed medius color inter hos est ceruleus: quare in supiori variatus inter albū ꝛ rubeū est quasi pallens color: ꝟ in inferiori parte variatus inter albū et viride est quasi citrinus. Et non possunt pictores facere colorē similē yridi: et precipue colore compositū mediū inter intrinsecū ꝛ extrinsecū. Quidā tamē dicunt yridem habere quattuor colores principales ex quattuor elementis: ex quibus etiā nubē esse compositā dicūt: Ab igne/ rubeū: ab aere/ purpureū: ab aqua/ glaucū: a terra/ propter herbas virides viridē. Arcus iste in diuersis temporib⁹ diuersa significat: In meridie em̄ ortus/ magnā vim aquarū

esse in aere que in meridie possunt dominari: Si vo circa occasum fuerit/tonabit ꝛ leuiter pluet: Sed si ab ortu vel circa surrexerit/serenitatē promittet. De arcu Aristo. dicit/post autūnale equinoctiū qualibet hora diei arcū posse fieri: Estate vo non nisi incipiente vel inclinato iam die. Cuius rei istā reddit causaz: In estate sol circa meridiē calidissimus nubes exurit: ita ꝙ suā in eis imaginē inprimere nō pōt: Sed matutino tpe aut vergens in occasum: quia minus calet/ a nubibꝰ sustineri pōt: et suā imaginē in eis imprimere pōt. Itē cū sol nō soleat facere arcū nisi oppositus his nubibus in quibus facit: Cū vo dies breuiores sunt/ et sup nubes est sol oblique oppositus: et ideo in qualibet parte diei etiā cū sol est altissimus/ nubibus suā potest imprimere imaginē: Temporibus vo estiuis sup verticē nostrū ferꝛ: et tūc media die directe respicit nubes/nec eis suā imaginē imprimit. De yride dicit Isidorus in lib ethimologiarū: Arcus celestis dictꝰ est ad similitudinē incuruati arcus: yris huic ꝓpriū nomē est. Et dicitꝛ yris q̄si aeris: ꝙ ad aerē de t̄ra ascēdit: vl' qꝛ p aerē descēdit ad terrā. Hic aūt a sole resplēdet/ dū caue nubes ex aduerso radiū solis accipiūt ꝛ arcꝰ speciē fingūt: Cui varios colores illa dat res: qꝛ aq̄ tenuis/aer lucidꝰ/ꝛ nubes caligātes irradiata ista varios causāt colores.

De circulo qui apparet circa solem et lunam: Capitulum. XII.

Circulꝰ aūt q̄ videtꝛ q̄nq; ī circuitu solis siue corona causatꝛ ex vapore humido ascēdēte ꝛ multiplicato in aere: sup quē cū illuminatꝛ sol/relucet splēdor eiꝰ ī aere vltra ipsū vaporē aut in ipso: deinde reflectitꝛ illud lumē ab aere rediēs sup ipsū vaporē ascēdētē: et sic videtꝛ circulus siue corona in circuitu solis. Et licet circulus iste videatꝛ solē tāgere: nō tn̄ lōge a terra fit ista effigies: ꝫ visus noster ībecillitate deceptꝰ/ putat ipm esse circa solē. Et silr accidit in luna/ ꝛ ī alijs stellis hn̄tibꝰ lumē. Hij circuli ī nocte circa lunā ꝛ stellas freq̄ntiꝰ apparent: circa solem vo in die rarius/propter fortitudinem caloris illius vaporem resoluens. Circuli isti si delapsi equaliter in semetipsos euanuerint/ significāt aeris tranquillitatē:

Si autẽ in vnam partẽ quasi rupti cessauerint/ ventum apte flare illa significant: Si vo pluribus locis rupti fuerint/tem/pestatẽ naute in mari expectant. Uidetur etiam quãdoq3/ q calor solis sit parue aut vehementioris rubedinis: quod contingit ex fumo multo a vapore ascendẽte ad ipsum: sicut contingit ex fumo ascendente ex lignis viridibus coniuncto cum lumine ignis.

De cometa: Ca: XIII.

COmete autẽ stelle sunt habentes comas: quod fit propter aerẽ inflãmantẽ/ contentum a stellis siue a planetis quinq3.s. Saturno/ Joue/ Marte/ Mercurio ꝛ Venere. Isti eñi planete propter velocẽ motum ipsorum igniunt aerẽ /qui est in circuitu ipsorum: Et sic propter acrẽ inflãmatum contentum a stellis ꝑdictis/ coniuncto lumine earum cũ eo/ vidẽtur comete ille stelle. Dico aũt q cometa nihil aliud ẽ q̃ꝫ vapor grossus terreus/cuius partes multum sibi coniacẽt: paulatim ascendentẽ ab inferiori parte estus vsq3 ad supiorẽ eiusdẽ/vbi concauitatẽ ignis contingat: et ibi sit diffusus ꝛ inflammatus: Et ideo videtur longus frequenter et diffusus. Dico aũt q est vapor terreus/ vt habeatur materia vaporis. Et dico/grossus: quia si esset subtilis/ necessario haberet euaporari ꝛ dissiparetur. Et dico/cuius partes coniacẽt: quia est bene mixtus/viscosus. Hic ascẽdit ad regionẽ q̃ dicitur estus: Et quia multam conformitatẽ habet in partibus suis: primo ꝑ calorẽ ignis diffunditur/ꝛ postea inflammatur: et in medio remanet semꝑ spissus vbi nutritur thesauro suo qui est sub eo: Et ideo est flamma alta valde ꝛ spissa. Illud aũt quod distat ab imo diffusum ad latera /tenue est: et habet flammam tenuẽ ad modum nubis albe/videtur huius coma. Durat aũt ꝑ totum tẽpus/ quo sic euaporat ad ipsum suus thesaurus. Ego aũt cum multis alijs/anno dominice resurrectionis millesimo ducẽtesimo quadragesimo in saxonia vidi trabẽ/ quasi iuxta polum septẽtionalẽ: et proiecit radios inter meridiem ꝛ occidentem/ magis dirigens conus ad orientem: et constat q ibi non sunt alicuius planete,

Quō causant colores nubiū: Ca. XIIII.

Colores vō nubium siue nebularum causantur ex adiunctione luminis cū ipsis: scđm quod magis ꝛ minus sunt dyaphane. Unde dicit Auerrois: Necesse ē vt color fiat ex adiunctione corporis lucidi cum dyahano. Color igit albus in nube causatur ex adiunctione luminis clari cuz ea: si fuerit ipsa nubes multe dyaphaneitatis. Color vō niger in nube causatur ex adiunctione luminis cum ea: si fuerit minime dyaphaneitatis. Mediū aūt coloris nubes inter album et nigrū diuersificatur scđm diuersitatem istorum duorum .s. corporis lucidi et corporis dyaphani/ scđm magis et minus. Et ideo dicit Auerrois: Color albus ꝛ niger sunt elementa colorum. Rubedo vō serotina in nube causatur ex spissitudine ipsius propter adustionem caloris solis: et ob hoc magis ꝛ minus dyaphanum: Cui dum coniungitur lumen solis/ efficit in ea rubeum colorē: Unde etiam est signum future serenitatis. Matutina aūt rubedo in nube causatur ex spissitudine ipsius propter vapores humidos aquosos ascendentes: quibus duz coniungitur lumē solis/ efficit calorem rubeum siue vinosum: sicut contingit in fumo resoluto de lignis viridibus cōiuncto cum lumine ignis: Unde etiam est signum future pluuie.

De galasia: Ca. XV.

De galasia dicit Aristoteles/ ꝙ est ignis purus propinquus orbi/ inflammatus et lucidus. Et in locis galasie sunt parue stelle multe. s. spisse ꝛ magne/ ꝓpinque: luminose ex cōiunctione luminis stellarum sibi inuicem/ suscipientium etiam splendorem a sole: Insuper adiuncto lumine ignis puri et inflāmati/ videtur lumen ob longum: quod philosophi galasiam dixerunt. Et quia predicte stelle fixe sunt in celo: propter hoc videt galasia in vno loco orbis non recedēs ab eo. Et hec dicta sufficiant ad presens de generatis ex vapore/ qui coniungitur cū lumine solis et lune et stellarū.

Incipit tertia pars, s, de anima: Capi. I.

De anima

HIc ꝑm ordinē tractat⁹ dicto de elemētatis inaīatis/ dicēdū est de elemētatis aīatis. Sed qꝛ elemētatoꝝ aīatorū principiū est aīa: cognitis autē principijs facilius cognoſcunt̄ ꝓncipiata: iō tractare de aīa ꝓponimus: Primo ponētes aliquas diffinitiones ipſius aīe: Secūdo/ diuiſiones potētiarū ipſius aīe ſubnectentes. Nota ꝙ aīa diffinit̄ qñqꝫ prout eſt ſpiritus: qñqꝫ ꝓut eſt motoꝛ ⁊ rectoꝛ corpis: qñqꝫ vͦo prout eſt actus et ꝑfectio corpis. Aīa ꝓut eſt ſpūs ſic diffinit̄ a quodā ſapiēte in libro de motu cordis: Aīa eſt ſubſtantia incorporea/ intellectualis/ illuminationū q̄ ſunt a ꝓncipio/ vltia reuelatione ꝑceptiua. In hac diffinitione/ ſubſtantia ponitur pro genere: Incorporea/ ponit̄ ad differētiā corporū: Intellectualis/ ponit̄ ad differentiā aīe vegetabilis ⁊ ſenſibilis: Illuminationū q̄ ſunt a ꝓncipio/ ponit̄ ad differentiā illuminationū q̄ ſunt a creaturis: Ultima reuelatione ꝑceptiua/ ponit̄ ad differentiā angeloꝝ: qꝛ ꝓma reuelatione recipiūt reuelatiōes a principio. i. a deo. Ad qꝺ intelligēdū nota/ ꝙ ſicut in iſto ſole materiali (teſtante Auguſtino in libro ſoliloquioꝝ) aduertimus tria. ſ. ꝙ eſt/ ꝙ lucet/ ꝙ illuminat: ſic ⁊ in deo hec cōſideramus. ſ. ꝙ eſt/ ꝙ intelligit/ ꝙ cetera intelligere ſua illuminatione facit: quā illuminationē angelus ꝓma reuelatione: aīa vͦo vltima reuelatione ꝑcipit: ſicut patere pōt ꝑ ſimile. Ignis et aer a quinta eſſentia lumen ꝑcipiūt/ ſ; differēter: Ignis eñ lumen recipit/ vt cōnaturale ſibi ⁊ coequatū ſiue coeuū ⁊ quo ad eſſe ſuū: Aer vͦo recipit lumē nō vt naturale nec coeuū ſibi nec quo ad eſſe ſuū/ ſ; quo ad bene eſſe ſuū. Eodē mō angelus illuminationē a deo ſtatim in ſua creatione recipit: Et hoc nō intelligit̄ de illuminatione gratie vl̄ glorie/ ſ; de illuminatiōe cōnaturali. Aīa vͦo etſi in ſui creatiōe illuminationē ſuſcipit/ nō tñ ꝑcipit: qꝛ nō cōprehēdit vidēdo. Sicut catulus ante nouē dies aliqꝺ lumē ſuſcipit in pupilla/ ꝑm qꝺ eſt aptus natus videre tpe determinato: nō tñ lumen ꝑcipit ante nonū diē/ eo ꝙ nō comphēdit vidēdo. Sic igit̄ pōt intelligi/ ꝙ aīa illuminationū q̄ ſunt a ꝓncipio/ vltima reuelatione ſit ꝑceptiua: angelus vͦo prima. Itē aīa ꝓut eſt mouēs ⁊ regēs corp⁹: vt motoꝛ mobilis ⁊ nauta nauis/ ſic a Remigio diffinit̄: Aīa ē ſubſtātia

incorporea reges corpus. Circa quã diffinitionẽ est primo notandũ / q incorporeũ dicit duobus modis. Uno mõ / q nõ est extensione siue dimensione ꝓtensũ / nec loco circũscriptũ: quis sit circũscriptũ ꝟtute / et sit in loco diffinitiue: Et hoc mõ aĩa ẽ incorporea. Alio mõ est aliqd incorporeũ / qd nec est dimẽsiõe vel extẽsione ꝓtensũ / nec loco nec ꝟtute circũscriptũ vl diffinitũ: Et sicut dicit Augu. solus deus incorporeus est: qz oĩno incircũscriptus est: Primo ḡ mõ aĩa est incorporea: nõ secundo. Itẽ nota / q licet angelus cũ assumit corpus vniat ei vt motor nõ tñ vt rector: habet eñ se ad corpus qd assumit angelus / vt motor volũtarius: vñ etiã deponit illud: Spũs ꝟo humanus habet se ad corp⁹ cui vnit⁹ est: vt motor naturalis ꝛ q̃dã necessitate naturalis inclinatiõis alligatus: Et ꝓpter hoc se habet vt rex et rector / q̃dã necessitate amoris ꝛ gubernatiõis ipsius regimini alligatus: Et ob hoc p̃dicta diffinitio soli aĩe ꝯuenit: nõ angelo. Itẽ aĩa ꝓut est act⁹ et ꝑfectio corpis / sic diffinit ab Ari. in li. de aĩa: Aĩa est actus p̃mus corpis physici / organici / potẽtia vitã hñtis. Hec diffinitio est cõis aĩe vegetabili ꝛ sensibili / ꝛ rõnabili inq̃tũ aĩa rõnalis est corpi vnibilis. Ad explanationẽ igit istius diffinitiõis sciẽdũ est / q act⁹ ibi dr ꝑfectio. Perfectio aũt est duplex. s. ꝑfectio ꝰm habitũ: sicut dicim⁹ puerũ ꝑfectũ rõnabilitate: Et ꝑfectio ꝰm vsũ: sicut dicimus virũ ꝑfectũ rõnabilitate: qz põt rõne vti. Et ꝑfectio ꝰm habitũ est act⁹ p̃mus: ꝑfectio ꝰm vsũ est act⁹ secũdus. Cũ ḡ aĩa sit ꝑfectio et forma: et actus corporis est actus primus / nõ secũdus. De hac duplici ꝑfectione dicit Aristo. secundo de aĩa: Hoc quoq sicut scientia: illud autẽ sicut considerare. Corporis physici. i. naturalis / ponit ad differentiã corporis artificialis: vt statua / domus: et huiusmodi / quorũ ꝑfectio nõ est aĩa. Organici / ponitur ad differẽtiã seminis / vel partus nõdũ formati: qui etsi sit corpus physicũ potẽtia vitã habẽs / nõ tñ est corpus organicũ: quod in partib⁹ diuisibilibus diuisibiles vel diuisas seu distinctas habet opationes: vt sũt corpa animaliũ ꝛ plantaꝝ. Uñ Aristo. in secundo de aĩa: Organa aũt et plantarũ partes sunt: vt foliũ corticis est coopimẽtũ: cortex aũt fruct⁹. i. illi⁹ qd ꝯmestibile ẽ: radices ꝟo ori siles sũt: vterq eñ trahũt alimẽta.

Et nota differentiā inter organū et instrumentū. Organū enī est q̄ habet motorē sibi iunctū intus: vt oculus/ manus/ pes et huiusmodi: Oculus enī habet motorē intra virtutē visiuā: manus virtutē opatiuā: pes vero virtutē progressiuā: et sic de alijs. Instrumentū vero est illud qd habet motorē coniunctum extra: vt gladius/baculus/securis: ⁊ huiusmodi: potētia vitā habētis/potētia. s. naturali. Uitam habētis: quod dicitur ad differētiā cadaueris: qd q̄uis sit corpus physicū ⁊ organicū: non tamē habet potētiā. s. naturalē/ vel propinquā ad vitam. Propinquā dico: quia materia cadaueris p multas resolutiones est potētia vitā habēs/ sed non propinqua: nec iā erit illud corpus. Uel potētia vitā habētis ponitur/ vt ostēdatur quomō corpus se habet ad vitā: quia. s. in potētia/ vel vt principiū passiuū siue receptiuū: Anima aūt vt principiū actiuū vite.

De potētijs aīe: quot sint ⁊ quid sint: Ca. II

S Equitur de diuisione potētiarū anime. Ad quod primo sciēdum est/ q̄ (sicut dicit Joannes dama.) impossibile est substantiam aliquā expertam esse aliqua naturali operatione: Inter substantiam autē ⁊ opationem media est potētia. Potētia est qua potens est oīs aliqd facere/ p quā ipsa substantia opatur: Illud ergo quo mediante substantia exit in actum/ potētia nuncupatur. Et ad hoc facit: quod dicit beatus Dionisius celestis hierarchie capitulo vndecimo/ vbi dicit: Omnis intellectus p̄ter diuinum/ diuiditur in tria. s. essentiam/ virtutē ⁊ opationem. Et p virtutē intelligit potētiam: propter hoc inter substantiam ⁊ opationes suas potētie sunt medie. Potētia autē quandoq; informatur a natura ad faciēdum ⁊ opandum: et tunc dicitur habitus naturalis. Quandoq; vero informatur eadē potētia exercitio multarum opationū: et tūc dicit habitus acquisitus: de quo dicit philosophus/ q̄ in frequēti agere relinquit habitus. Quandoq; etiā informat eadē potētia/ gratia: et tūc dicit habitus gratuitus siue infusus. Est aūt habitus s̄m Auerroim/ quo pars opat cū vult. Et Au. dicit/ q̄ habitus ē q̄ q̄s opat de facli. De potētijs g̃ aīe p̄positū ē dicere/ s̄m traditionē doctorum phorum ⁊ theologorum vt nō iuenire: sed melius ⁊ vt verius fateamur/ recitare videamur.

Sciendū aūt ꝙ multorū opinio fuit et adhuc est / potētias aīe esse idē qđ ipsā animā: nec differūt / nisi in quadā relatione ad actū: Unde potentia relationis ſm eos / est aīa relata ad actū ratiocinandi: Potētia irascibilis / aīa relata ad suū actū: Et sic anima est sue potentie. Et si obijcitur eis / ꝙ ſm hoc erit sola vna potentia relata ad diuersos actus / vel vna predicabit̄ de altera ad minus scđm accidens. Respōdent / ꝙ non sequitur: quia potētia non dicit in rectitudine ipsam essentiā anime / sed in obliquitate: Dicit em̄ relationē anime ad talē vel ad talem actū / nō animā relatā ad actū: ꝛ quia hec relatio nō est illa / ꝓpter hoc non est vna sola potentia: nec vna ꝑdicat̄ de altera / si dicatur potētia in abstractione: quia tunc dicit relationē anime ad actū / non ipsam animā relatā ad actū. Isti sic opinātes multū habēt ꝓ se qđ Augustinus dicit in lib. de spū ꝛ anima / ꝙ anima est sue potētie: Ipse em̄ hoc dicit ibi. Sed alij dicunt ꝙ Augustinus nō composuit hunc librū: Et ratio eoꝝ est: qm̄ in libro retractationū vbi enumerat oēs libros suos / nihil dicit de illo libro: Sed plurima habēt contra se. Un̄ alij dicunt / ꝙ anima non est sue potētie: sed sunt plures potētie differētes scđm essentiā / licet nō ſm substātiā. Et hec opinio solēnior est et verior videt̄: Nā sicut in aīa differunt / quo est ꝛ qđ est: ita / quo pōt et quod potest. Unde licet potētie sint idē in substantia ꝛ in subiecto / differunt tn̄ in essentia: Essentia em̄ est id qđ est res vł nō est. i. quo est rōnalis vł quo est cōcupiscibilis ꝛc. Substantia vͦ est quod subest ꝓprietatibus a quibus est inseparabilis. Subiectū aūt idē compatū ad actus inq̄tū actus insunt ei ꝛ absunt / sine quibus bene potest esse. Unde ꝓpter hoc dicunt / ꝙ potētia anime et anima cōueniūt in subiecto et substantia / sed differūt (vt dictū est) in essentia. Nunc ad diuisionē potētiarū anime veniamus. Sciēdū est autē / ꝙ Aristo. in secundo de anima diuidit potētias aīe ꝑ quinq̄ differētias que sunt: vegetatiuū / sensitiuū / appetitiuū / motiuū scđm locū et intellectiuū: Et vocat̄ hic ſm locū motiuū / a quo est motus progressiuus in toto corpe: non ille qui est dilationis in ptibꝫ scđm augmētū: quia talis motus est etiā in plantis. Auicēna vͦ in sexto de animalibus ponit tm̄ tres potētias anime: ve-

getabilem/sensibilem et rationalē: Cōprehendit autē sub sensibili appetitiuū et motiuū scd̄m locū. Quare aūt Aristoteles diuisit sensitiuū contra alias.s. appetitiuū ꝛ motiuū ꝑm locum cum iste tres potentie sint anime sensibiles/ ratio huius fuit: quia sensibile q̄ntum est de vi nominis ꝛ proprietate/ dicit potentiā apprehēsiuā ꝛ ita passiuā: Et propter hoc ponit ex opposito appetitiuū ꝛ scd̄m locū motiuū/ que sunt actiue ꝛ motiue. Auicēna aūt diuisit scd̄m tres differentias anime: que sunt vegetabilis/sensibilis ꝛ rationalis: Que cū sunt in eodem: vt in homine/non debent dici tres anime/ sed tres potētie: ꝯ prout in diuersis.s.planta/bruto ꝛ homine/possunt dici tres anime. Sed de hoc infra dicetur. Damascenus autē primo ponit bimembrē diuisionē.s. rationalē ꝛ irrationalē. Irrationale diuidit in duo.s.obediēs siue ꝑsuasibile rationi: et inobediēs siue imꝑsuasibile rationi. Et vocat inobediens rationi/ quod est plantatiue siue naturalis virtutis: Plantatiuū naturale vel vegetabile vocat. Comprehēdit etiā sub inobediēte siue impersuasibili zoticam siue pulsalē/ que a medico vocat̄ spiritalis. Inobediēs em̄ siue impersuasibilis plures cōprehendit q̄ȝ vegetabilis siue naturalis virtus. Aristo. aūt facit mentionē de pulsali in libro de anima: quia forsitan nimis descēderet. Damascenus autē/ vt theologus et medicus de omnibus agit: et ideo ponit hoc membrū. Notanda autē est hic distinctio q̄dā: Non em̄ est idē zodiacha et zotica virtus. Zodiacha aūt virtus idē est quod animalis: Unde circulus qui est in medio celi continēs duodecim signa/ dicitur zodiachus: quia ille sunt figure animaliū. Zotica aūt nō est idē quod animalis: immo diuiditur contra ipsam in libro de celo ꝛ mundo. ca. oportet aūt scire ꝛc̄. Ubi dicit̄/ ꝙ virtutū quedaȝ sunt animales: quedam naturales: q̄dam zotice. i. spiritales. Et hec eadē diuisio fit in medicina ī libro Iuanitij: vbi dicit̄/ ꝙ virtutis trina est partitio .s. naturalis/ spiritalis ꝛ aīalis. Spiritalis aūt idē est quod zotica siue pulsalis: Qd̄ patet: q2 officiū spiritalis virtutis est dilatare cor ꝛ arterias/ et iterū restringere: et hoc est pulsalis virtutis: Quia (sicut dicit Philotetus) est motio cordis ꝛ arteriarū: q̄ ꝑm sistolē ꝛ diastolē fit ad refrigerationē caloris in-

nati et egestionē supfluarū fumositatū. Virtus autē zodiacha idē est qđ aialis. Colligit ergo ex pdictis quinqꝫ differentias potētiarū aie esse/ scđm Aristo. tres/ ꝭm Auicēnā: Dama. aūt et medic9 naturalꝭ ꝯcordat in lr̄a et sententia: oēs aūt in sētentia.

Utrū in homine vegetatiua: sensitiua: rationalis sint tres anime: aut vna tm̄: Ca. III

Dicamus nūc qđ supra pmisimus. s. declarare/ qꝫ vegetabilis/ sensibilis/ rationalis in hoie non sunt dicende tres aie. Aliqui em̄ de hoc dubitauerunt et aliter senserunt. Volebāt em̄ pbare qꝫ sunt tres aie differētes in hoie ꝭm substantiā/ hoc mō: Dicit em̄ Dama. Quoꝝ substantie vꝉ nature sunt differētes/ differētes habēt opationes: et quorū substantia eadē/ et opatio: Ergo quoꝝ non sunt eedē opationes/ nec substātia est eadē: ꝫ in homine aie vegetabilis et sensibilis et rationalis nō sunt eedē opationes: ergo nō est eadē substātia. Ad idē: Unius cause immediate est vnus effectus: et plurīū/ plures: ꝫ propria et p se accidētia sunt effectus substantie: ergo cū anime vegetabilis/ sensibilis et rationalis diuersa sint propria et p se accidētia innata: necesse est animā ponere partibilē et compositā/ vel esse diuersas substantias. Itē/ virtus nō est sine eo cuius est virtus: ꝫ virtus anime vegetabilis est in embrione: Dicit em̄ Aristo. Et embrio viuit: et formant mēbra in embrione scđm virtutē vegetabilē/ que est in embriōe: ergo necesse est ibi esse animā vegetabilē. Et si dicat/ qꝫ virtus potest esse sine eo cuius est virtus: q2 (sicut dicit philosophus) virtus ignis est in aere: nō tamē est ibi ignis actualiter: Nihilominus tn̄ potest haberi propositū per eundem philosophū qui dicit/ qꝫ licet sit ibi virtus ignis: non tamen operatur nisi excitata ab igne. Cum igitur virtus vegetabilis operetur in embrione/ necesse est qꝫ faciat hoc excitata ab eo cuius est virtus: Et ideo necesse est ibi esse animā vegetabilem actu: sed nondū est ibi aīa rationalis: ergo non sunt eedē in substantia. Ad idē: Quecūqꝫ sunt eadem ꝭm substantiā/ si vnū est separabile: et reliquū: sed aīa rationalis est sepabilis: aīa vegetabilis et sensibilis insepabiles: ergo nō sunt eedem scđm substantiā.

Sed cōtra: Quicquid potest virtus inferior/potest supior: sed rationalis est virtus supior: ergo pōt quicquid alie due possūt in se vel in suis potētijs: Cū ergo natura nihil facit frustra: et rationalis sit sufficiens ad eorum opationes/nō erit in homine nisi vna anima.s.rationalis: que habet virtutē vegetandi et sentiendi vel sensificandi. Itē ad hoc facit quod dicit commētator sup librū de anima: qui rephēdit Platonē ponētē tres substātias: et cōmēdat Aristo. ponētē vnā solā. Itē Augustinus in lib. de anima dicit/ quod vna et eadē anima videt in oculo: audit in aure: imaginatur: ratiocinatur: intelligit. Itē in homine moriente cum recedit anima rationalis/ nō remanet potētia vegetandi nec sentiendi: remanerēt autē si essent diuerse scdm substantiā ab anima rationali/scdm ordinē quē habuissent in sua generatione vel creatione: Quod enim primū est in generatiōe/vltimū est in resolutione. Ad idē est/quod vni pfectibili correspōdet vna pfectio: et si pfectibile nō est aliud scdm substantiam/ nec pfectio erit aliud scdm substātiā et essentiā: quia idē est substantia et essentia: sed idē est scdm substantiā vegetabile/sensibile et rationale: Ergo pfectio illorum triū erit eadē sm substantiam: ergo in homine non differūt sm substātiā vel substātialiter vegetabile/ sensibile et rationale. Ad idē pōt adduci ratio theologica: Quoniam cū aia vacat a carnalibus desiderijs/impeditur a contēplatiōe supiorum: ergo eadē est: quia si diuerse essent sm substantiā/actus vnius nō depēderet ab actu alterius: nec vna retraheretur ab actu suo p actū alterius: sed cū hoc sit falsū/ manifestum est quod non est nisi vna anima in homine: quod concedimus. Ad rationes in oppositū respondēdū est. Ad illud quod primo obijcitur: Quorū substantie sunt diuerse etc. responderi pōt/quod vnius subiecti vna est opatio principalis: plures tamē possunt esse secundarie. Verbi gratia: Sol iste materialis qui est vnus et idē in substātia/ principalē habet opationē lucere: plures autē habet secūdarias: sicut illuminare/subtiliare/condensare/liquefacere/constringere: et huiusmōi. Similiter principalis actio aīe est animare siue viuificare siue vitā influere: secundarie vero: vegetare/ sentire seu viuificare et ratiocinari. Vel potest dici/quod illud quod dicitur: Quorū non sunt opationes

eedem &c. intelligit q̄n opationes sunt ita diuerse/ q̄ vna non ordinatur ad aliā: Sed anima vegetabilis ⁊ sua opatio ordinationē habent ad sensibilē/ ⁊ sensibilis ad rationalem: immo materiales sūt ad illā: Unde nō sequit. Uel pōt dici/ q̄ vegetatio non solū est aīe vegetabilis: immo et superiorū: Et sensificatio nō solū est anime sensibilis/ sed etiā rationalis: Unde anima rationalis vegetat ⁊ sensificat corpus: licet non inq̄tū rationalis. Potest etiā dici/ q̄ ista propositio non habet locū hic: quia vera est/ cum opatio immediate exit a substantia: nō mediante potentia: si hoc tamē in aliqua creatura inuenitur. Ad secūdū dicendū/ q̄ verū est q̄ effectus vnus est cause vni⁹: sed nō est idē opatio et effectus: effectus em̄ vnus aliquādo relinquit ex diuersis opationibus. Ad tertiū dicendum/ q̄ virtus anime vegetabilis est in embrione: nō tamē est ibi anima vegetabilis/ nec sēsibilis/ nec rationalis. Et si opponat: Ergo accidens est sine subiecto: Non valet: quia virtus et accidens est et virtus: et non semp est accidēs eius cuius est virtus. Et ideo dico/ q̄ est accidens embrionis et est in illo sicut in subiecto: non tn̄ est nec dicit virtus embrionis: sicut patet de loco: quoniā est alterius locus/ et alterius accidens: est em̄ accidēs locantis: Unde est in locante sicut in subiecto: non tamen est quantitas siue mensura vel locus locantis/ sed est quantitas ⁊ locus mensurans locatū. Et aliud quod vltimo opponit/ q̄ nō opatur talis virtus nisi excitata/ concedimus: Unde dicit/ q̄ excitat ab ipsa vegetabili anima siue potentia/ que est in recipiente semen: Unde etiā statim colligat matrici: vnde oportet rumpi illud vinculū anteq̄ nascat puer. Exemplum in ramo qui inserit trunco: qm̄ vegetatiōe trunci nutrit et augmētatur ramus/ exteriori beneficio accidente. Ad quartū dicēdū q̄ cū sit eadē vegetabilis/ sensibilis ⁊ rationalis: vegetabilis et sensibilis sepant. i. illa que est vegetabilis vel sensibilis: nō tamen sub ratione vegetabilis ⁊ sensibilis. Si autē vellet inferre/ q̄ separabiles sunt inq̄tum vegetabilis ⁊ sensibilis: sophisma est huic simile: Quecūq̄ sunt eadē scd̄m substantiā/ si vnū crescit: et reliquū: Sed sor. puer ⁊ sor. senex sunt vnū scd̄m substantiā: ergo &c. Si aūt inueniat dictū ab Aristo. q̄ prior

est vegetabilis ꝛ sensibilis ꝙ rationalis/intelligendū est in diuersis: vel prioꝛ.i.vniuersalioꝛ: vel etiā in homine prioꝛ: quia prioꝛ est opatio vegetabilis. Rationes plures essent ad vtrāq̄ partē: de quibus supersedeamus ad presens.

De diuisione potentiarum anime vegetabilis: Capitulum. IIII.

Redeamus igiꝛ ad diuisionē aīe vegetabilis in suas potētias: Que sunt tres.s.nutritiua/augmētatiua ꝛ generatiua. Nutritiue actus est nutrire/ siue alimēto vti ad restaurationē depditi. Et potentiā istā et actus eius semp habet vegetabilis: qꝛ hoc datū est ei ad cōseruationē indiuidui: Cibus enī quo res aīata aliꝛ iuuat ipm humidū radicale/ ne a caloꝛe radicali vel naturali citius cōsumeꝛ. Et est exemplū in lampade ardente: vbi cōsūmereꝛ cito lichiniū/nisi esset humidū exterius in oleo quo pasciꝛ ignis. Nutritiue sunt partes q̄ttuoꝛ.s.attractiua/digestiua/retētiua ꝛ expulsiua. Attractiua est que cibū attrahit: q̄ multū necessaria est plantis. Digestiua est q̄ cibū attractū digerit ꝛ alterat: vnde a Da. vocatur alteratiua. Retētiua est que retinet de cibo digesto qḋ aptū ē ad nutriēdū. Expulsiua est que expellit supflua/ siue p secessū siue p vrinā/siue p sudoꝛē: vel alio mō. Augmētatiue actus ē augmētare: siue ad debitā quātitatē qḋcūq̄ augeꝛ/ pducere: Et dixi/debitā: qꝛ (sicut dicit philosophus) oīm natura cōstātiū est terminus et ratio magnitudinis ꝛ augmēti. Generatiue actus est generare: Est aūt generatiua ad saluationē sui in specie: que nō posset saluari seipso/cū sit coꝛruptibile: ꝛ ex hoc saluaꝛ in alio per cōtinuā indiuiduoꝝ multiplicationē. Et sic aliquo modo participat esse diuinū.i.ppetuū. Vn̄ etiā in indiuiduis incoꝛruptibilibus: sicut est sol ꝛ luna ꝛ huiusmodi/ nō est generatio: quia in ipsis sufficienter species conseruatur.

De diuisiōe potētiarū aīe sensibilis: Ca. V.

Nunc dicendū est de potētijs aīe sensibilis: Quarū hec est prima diuisio: Qm̄ quedā sunt apprehensiue: et quedā motiue. Iste differentie ꝓpꝛie nō cōueniūt vegetabili: qm̄ oīs apprehensiua est cognitiua/ que nullo modo

est in plantis. Itē vis apprehensiua semp apprehendit apprehē sibile existens in aliqua distantia vel separatione a vi apprehē dente: Sensibile em̄ supra sensum positū non sentitur/ ꝫ vnibi le est ei mediante aliquo: vt in visu cū apprehendit colorē/ qui est in distantia ab organo videndi: vnitur aūt mediante luce: et non recipiꝉ color in oculo/ ꝫ species coloris: Sed in vegeta bili coniungiꝉ potentia cū suo obiecto: vt nutritiua cum cibo/ augmentatiua cū eo quod auget: nec species cibi cōiungiꝉ cū corpe nutribili/ immo substantia cibi. Similiter nec ista diffe rentia/ que diciꝉ potētia motiua est in plantis prout est in ani malibus: Licet em̄ in omni generatione ⁊ augmēto sit motus ꝫm locū/ non tamē est ibi motus ꝓgressiuus: ꝫ motus dilata tionis vel constrictionis in anima sensibili vel rationali est: qꝛ bonū simpliciter vel apparēs cū apprehendiꝉ/ mouet appetitū: Et quia idē bonū apprehensum non est coniunctum sibi: ideo datus est ei motus ꝓgressiuus de loco ad locū ad q̄rēdū illud bonū/ et sibi vniendū. Et si obijciaꝉ/ ꝙ non omne animal mo uetur de loco ad locū: sicut sunt conche ⁊ ostree/ ꝫ habēt motū dilatationis ⁊ cōstrictionis sicut ⁊ plante. Dicendū ꝙ motus illoꝝ animaliū non solū est dilatationis et constrictionis: im mo est etiā motus qui aliquo mō sequiꝉ apprehensiuā: qđ pa tet: quia est cū delectatiōe vel tristicia sensibili: Hec em̄ sequiꝉ sensum: sicut dicit Aristo. Preterea etsi sit dilatatio hic et ibi/ est tamen alia hic ⁊ alia ibi: Nā in plantis est dilatatio partiū ꝫm quantitatē augmēti: in conchis aūt est ꝫm diffusionē spiri tuū circa cor. Sed hoc nihil facit ad probādū ꝙ magis est mo tus in animalibus q̄ꝫ in plantis: ꝫ facit ad hoc ꝙ ibi est motus qui aliquo modo sequiꝉ apprehensionē. Itē nō est obiectio de illis animalibus: qm̄ animalia impfecta sunt/ sicut intelligit philosophus. Apprehensiuarū aūt quedam sunt apprehensiue deforis: et quedā deintus. Apprehensiua deforis dicitur/ que apprehendit rem deforis in materia subiecta presente. Et sunt quinqꝫ sensus/ videlicet: visus/ auditus/ olfactus/ gustus ⁊ ta ctus: Qui conueniunt in hoc/ ꝙ sunt potentie anime passiue: et sūt receptiui specierū/ sicut materia: Unde et ꝓpter hoc ob iecta eoꝝ dicunꝉ passibiles q̄litates/ q̄ faciūt passionē in sensu.

Et nota q ad hoc q sensus isti sentiāt actu/quattuor exigunt Duo ex parte illius sensus.s.spiritus et organū: et duo extrinsecus.s. obiectum et mediū. Unde in abstractione forma obiecti primo est in medio: secundo/in organo: tertio/ in spiritu: et cū est in spiritu de facili venit ad animā: Primo ergo fit immutatio in medio: post/in ipso sensu particulari: et sequit iudiciū in sensu cōi. Apprehensiua deintus dicit: que quod apprehendit deintus est/ vel ipsum vel eius species. Uerbi gratia: Imaginatio accipit a sensu cōmuni: intellectus ab imaginatione: vt infra patebit. Sensuum duo sunt magis necessarij.s. gustus et tactus. Gustus ad discernendū cibū bonū a nociuo: Tactus ad discernendū ea que corpus corrumpunt exterius ab eis que saluant: Unde fugimus combustiuū/quia corrumpit. Olfactus autē et auditus et visus sunt ad bene esse aīalis. Et forte propter hoc natura ita ordinauit: quia in illis duob⁹ qui sunt magis necessarij/ medium est intrinsecū: ne ex parte medij posset esse defectus: Alij tres habent mediū extrinsecū: Unde q sensus visus non videat/contingit pluries: quia medium nō est illuminatū. Quomō aūt isti tres sensus ad bene esse animalis faciant/manifestū est: Duo eñ ex illis.s.visus et auditus necessarij sunt ad habendā scientiā/ fm duos modos per quos habet sciētia: Omne eñ quod quis scit: aut discens/ aut inueniens nouit. Ad habendā ergo scientiā p doctrinā necessarius est auditus/ ad immediate recipiendum a doctore: Sed q̄tum ad habendā scientiā p inuentionē/ specialiter necessarius est visus: p hoc q videt huiusmodi diuersa/ pulchra et turpia: celū/stellas &c. admirat: et ex admirari pcedit philosophari/inquirēdo naturas et causas rerū. Quis etiā deseruiat illi modo habendi scientiā qui est p doctirinā/ sed hoc est mediantibus scriptis. Preterea sciēdū/ q inter omnes sensus visus magis facit ad sciētiā/prout generat p abstractionē speciei ab obiectis: qđ patet in potētijs inferioribus: qm phantasia denominat ab illius actu: Et sensus cōmunis dicit: video me videre. Itē p auditū rerū nomina/ s p visum differentias rerum cognoscimus. Olfactus aūt inter oēs sensus minus est necessarius: facit tñ ad sanitatē animalis: fugit eñ dum sentit

corruptionē aeris: Cuius corruptio (vt dicit medicus) plus nocet ꝙ cibus corruptus. Itē facit ad scientiā occasionaliter/ siue accidentaliter: Odorifera eñ cū odorant confortant cerebrū: cuius confortatio multū facit ad melius ratiocinandū.

De quinq; sensibus in particulari: Et primo de visu: Capitulum. VI.

De sensibus igit singulis dicendū est: Et primo de visu. Visus eñ obiectū est color: Color eñ (vt dicit philosophus) est immutatiuū visus scḋm actum lucidi: Multa aūt videntur que colorē non habent: sicut celū/terra/ aqua/et multa alia. Unde credimus ꝙ lucidū proprie sit obiectum visus: nec color sit obiectuz nisi ratione luminis quod est ibi: Lux eñ in ꝑprio subiecto est corpus luminosū: lux est in dyaphano vel transparēti lumē: in terso depresso splendor: in mixto vo color. Et sic diffinitur: Color est extremitas ꝑspicui in corpore terminato. Radius aūt addit supra lucē directionē/ quia radius est lux directa: sicut virtus addit supra gratiam/quia virtus est gratia ordinata ad actū siue opus. Medium autē visus est perspicuum peruium. Unde nota ꝙ sunt quedam corpora solida et superficialiter opaca: vt terra/ quā impossibile est visu penetrare vel pertransire. Itē sunt quedā corpora superficialiter ꝑspicua/ sed scḋm soliditatez opaca: vt aurū/ argentū: que similiter sunt visu intransibilia. Itē sunt quedā corꝑa scḋm sꝑficiem et scḋm profunditatē perspicua: vt aer/aqua/cristallus/et alia huiusmodi: Et hoc corpus perspicuū et ꝑuium est mediū visus. Instrumētum vo eius siue organum: quod magis proprie dicitur/est oculus ad quē ꝑuenit neruus obticus protensus a cerebro vsq; ad pupillam: Et ideo spiritus visibilis qui est in illo neruo ad pupillas oculoꝝ ramificato/recipit coloris speciē ab humore cristallino qui est in pupilla. Et nota/ꝙ ad hoc ꝙ pupilla quēlibet colorē possit recipere: necesse est vt nullius coloris sit actu/sed cuiuslibet in potentia: Si eñ alicuius coloris esset actu/ non posset aliū recipere nisi illum: Unde cū pupilla bene immutata fuerit ab excellenti albo: sicut est albū niuis/statim etiam si illa remota

fuerit/videntur omnia esse alba. Similiter contingit de excel enti nigro.

De potētia auditiua et ei⁹ obiecto: Ca. VII

Auditus obiectū est sonus: qui fit in aere ex collisione duorum corporuz adinuicē: Et ex illa collisione fit tremor in aere/ qui continuat᷑ vsq͡ȝ ad aurē. Unde ad generationē soni duo exigunt᷑ .s. q͡ȝ sit cōtactus corporis duri ad aliud durum aere medio: Et q͡ȝ fiat cum ictu vel violentia: nā si non fieret cum violentia: et non essent corpora dura vel firma/ non sonarent: sicut Aristo. ponit exemplū de spongia. Et iterum si contactus non fieret cum violentia/ non fieret sonus vt patet: sed cum violenter mouetur velocitate motus inueniens sibi corpus resistens/ facit tremorez et continuatur vsq͡ȝ ad aurem. Sic igitur factus sonus diffunditur ad modū sphere/ cuius centrum est locus percussionis: Unde vox ex omni parte auditur: vt dicit philosophus. Generat autē tremorem semper debiliorem circulariter quousq͡ȝ deficiat: Cuius simile apparet in proiectione lapidis in aquam. Medium autem auditus est aer continuatus aeri posito intra concauitatē auris: Duplex eñ aer exigitur ad hoc q͡ȝ fiat auditus. s. exterior/ in quo fit sonus: et interior connaturalis auri contentus intra folles aurium. Organum v̄o auditus est timpanū auris/ ad quod dirigit᷑ neruus protensus a cerebro continens spiritum audibilem: Et est propriū huius sensus/ q͡ȝ suū sensibile semp̱ est in medio: et iō caret ꝓpria abstractione/ ea. s. q̄ ab obiecto.

De obiecto olfactus: Ca. VIII.

Olfactus autē obiectū in re odorabili est odor: In medio dicitur fumus vl' vapor/ quē calor resoluit de odorifero: Et idem est q͡ȝ res odorata. Sepe putrescit citius/ vt pomum: humores eñ subtiliores conseruatiui rei per odorationes attrahuntur. Medium aūt olfactus est aer. Organa v̄o sunt due caruncule descendentes de cerebro/ similes duobus capitibus mām̄illlarum: per quas peruenit spiritus odorabilis/ et sensum facit.

De obiecto gustus: Ca. IX:

GUstus obiectum est sapor/que est in re saporifera. Res autem saporifera quando coniungitur humiditati saliuali/immutatur ab ea: et mediante carne spongiosa/que est in superficie lingue que est medium intrinsecũ/reddit saporẽ suũ spiritui qui est in neruo interiori. Unde fit ꝙ si humiditas saliualis fuerit infecta amaritudine colere/ iudicat cibum esse amarum etiã si sit dulcis: Et in hoc non fallitur gustus/quia iudicat amarum: percipit em̃ amaritudinẽ/ ꝛ in veritate amaritudo est: sed in hoc fallit̃/quia ponit eam vbi non est. Medium igitur gustus est quasi duplex: quia intrinsecũ/ et extrinsecum: Intrinsecũ est caro spongiosa: Extrinsecũ est humiditas saliualis. Organũ autẽ gustus est neruus descendens a cerebro ad linguam: quia quibusdam animalibus diuisus est: et ob hoc duas habẽt linguas: In quibusdã ṽo vnitus vel vnicus est: et hec tm̃ habent vnã linguã.

De tactu et eius obiecto: Ca. X.

TActus autem potest nominari ab ea re que sentit: et sic vnus est sensus: Uel ab his que sentiuntur: et sic quattuor apprehẽdit. Primo calidum ꝛ frigidum/ humidũ et siccum: Ex quibus est durũ et molle/ aspeurm ꝛ lene/graue et leue. Harũ autẽ qualitatum non est vnum proximũ genus: sicut color est genus omnium colorum: Et quia non sunt sub vno genere ex hac parte/tactus est plures sensus: Unde Auicenna dicit/ꝙ sensus exteriores sunt quinqꝫ vel octo. Obiectũ igitur vel potius obiecta sunt calidũ et frigidum ꝛc̃. Mediuꝫ autẽ ipsius est caro cooperiens neruos. Organum ṽo tactus est neruus multipliciter ramificatus: et est admodum vestis vestiens totum corpus: Et ideo tactus est generalis sensus: est em̃ in qualibet parte corporis/ ꝛ etiam in organis aliorum sensuum: magis tamen viget in pulpis digitorum/ precipue indicis.

De mediis cõmuniter: Ca. XI.

MEdia ṽo necessaria erunt ad hoc vt fiat sensus: quia sensibile supra sensum positũ non sentitur: Sensatio em̃ fit ꝑ receptionẽ speciei vel similitudinis obiecti/

non scđm essentiā. Si em̄ reciperet sensus essentiā sui obiecti/ nunq̄ esset sensus cōtrarioꝝ: Et si sic: non contingeret videre album simul et nigrū/ vel tangere calidū et frigidū: quod patet esse falsum: Constat em̄ q̄ oculus non alteratus/ sed eodez modo se habens videndo recipit albedinē ꝛ nigredinē: quod non esset si reciperet illius obiecti essentiā: sic em̄ cōtraria essēt in eodē ƀm essentiā. Propter hoc em̄ q̄ non recipitꝰ a sensu nisi species obiecti/ necessariū est mediū in quolibet sensu.

De obiectis sensuū cōmuniter: Ca. XII.

De obiectis sensuū dicēdū est: Q̄ obiectū sensus est sensibile quod a sensu ꝑcipitur. Nota ergo/ q̄ est sensibile per se et sensibile ꝑ accidens. Sensibile ꝑ accidens est/ cū sensibile vnius sensus dicitur percipi ab alio: vt cū dicitur dulce videre in pomo/ quia dulce est obiectū gustus: dicitꝰ aūt videri ꝑ accidens. i. ꝑ aliud. s. ꝑ colorē coccineū pomi: ꝑ se tn̄ et proprie non ꝑcipitur nisi a gustu. Sensibiliū vo ꝑ se/ quoddā est cōmune: et quoddā est propriū. Cōmune est illud quod a pluribus sensibus ꝑcipitur: et hoc ꝑ naturā sensus cōmunis existentē in eis: vt magnitudo/ lōgū/ latū/ profundū/ motus ꝛ quies/ tempus ꝛ locus: Hec sunt sensibilia cōmunia et proprietates eoꝝ. Hec em̄ ꝓprie sunt sensus ꝯmunis siue interioris/ de quo postea dicetꝰ: tamē quia sensus cōmunis nō est sepatus scđm rē a particularibus sensibus/ ideo hec a particularibus percipiuntꝰ: Inde dicimus videre magnitudinē/ longitudinē latitudinē/ profunditatē/ breuitatē: et tangere dicimus et videre motū rei et quietē/ vnū vel duo: alia in alto vel in imo: q̄ sunt differentie loci et ꝑ se et per accidens. Est em̄ obiectū duplex: principale/ et secundariū. Principalia aūt multiplicantꝰ ƀm numerū sensuū: Nam obiectum visus per se ꝛ proprium et principale est color et differētie colorū: Obiectum auditus est sonus et differentie sonorū: Obiectū olfactus est odor et differentie odorū: Obiectum gustus est sapor et differentie sapoꝝ: Obiectū tactus sunt elementales qualitates: vt caliditas/ frigiditas/ humiditas/ siccitas. Secundaria vo sunt que nō primo sensum attingunt/ sed consequēter. Verbi gratia: Calidū frigidum/ humidū ꝛ siccū primo sensum tactus attingunt: et

ideo principalia dicunt᷑: Molle ꝟo ⁊ durū/ rarum et densum/
graue et leue/ asperū ⁊ lene ex consequenti: et ideo secūdaria.
Quare aūt sensus sunt quinqꝫ/ potest sumi ratio ex differenti
modo sentiendi: Contingit em̄ sentire dupliciter: aut scd̄m di/
stantiā/ aut scd̄m applicationē. Itē scd̄m applicationē duobus
modis: Aut em̄ applicatur sensus sensibili scd̄m superficiē: ⁊ sic
est sentire in tactu: Aut scd̄m profunditatē: et sic est in gustu:
Unde gustabile durū frangitur ⁊ masticatur/ vt gustus inti/
me profunditatis gustabilis veniat ad sensum. Scd̄m ꝟo di/
stantiā est sentire tribus modis: Aut est respectu sensus ⁊ sen/
sibilis scd̄m vnā partē: et sic contingit sentire in visu: Aut ꝭm
omnē partē: et sic cōtingit sentire in auditu: Aut scd̄m plures
et non ꝭm omnē partē: et sic contingit sentire in olfactu.

De potentijs anime sensibilis apprehen/siuis deintus: Capi. XIII.

SEquitur de potētijs anime sensibilis apprehensiuis de
intus: que sunt quinqꝫ scd̄m Auicennā: Prima est sen/
sus cōmunis: Secunda est imaginatio: Tertia/ ima/
ginatiua siue cogitatiua siue formatiua: Quarta/ estimatiua
Quinta/ memoratiua siue memoralis. Necessitas ꝟo sensus
cōmunis probat᷑ ex eo ꝙ quilibet sensus particularis non iu/
dicat nisi de suo obiecto: sicut visus de colore ⁊ suis differētijs:
auditus de sono et eius differentijs: et sic de alijs: Sed constat
ꝙ cōmune iudiciū habemus de omnibus: indicamus em̄ qm̄
color non est sonus et odor ⁊c. Ergo necesse est ꝙ habeamus
aliquid cōmune iudicatiuū interius/ quod iudicet de sensibi/
libus omnibus: quod a philosophis vocat᷑ sensus cōmunis.
Item sunt quedā sensibilia que percipiunt᷑ a pluribus sensibꝰ
et per se: vt magnitudo/ motus/ quies ⁊c. Sed constat ꝙ hoc
non est ꝑ naturā propriam/ quia scd̄m illam differunt: sed non
conueniunt in aliquo nisi ꝑ naturā sensus cōmunē existentem
in eis vel mouentē eos. Est ergo duplex natura sensus. s. par/
ticularis exterior/ et cōmunis interior. Preterea in somno cō
sopite sunt vires sensuū exteriorū: constat tamē ꝙ operantur
queādmodū vis interior. Est ergo vna vis sensus interioris//

que est etiã cõmunis inq̃tũ ad ipsam recurrũt vires particu/lares in somno et inq̃tũ ab ipsa sunt/ et tanq̃ a fontali vel for/mali principio fluũt in vigilando. Item constat/ q̄ videmus formas sensibiles absentes/ nõ tm̃ presentes: sed constat q̄ nõ videmus eas sensu exteriori: ergo sensu interiori. Q̄ igiẗ vir/tus apprehensiua sensibilis interior siue sensus communis sit/ manifestum est: Que inq̃tum consideratur vt natura quedã et non obediens rationi/ dicitur phantasia. Sensus ergo cõ/munis est vis anime sensibilis ordinata in prima concauitate cerebri/ recipiens per seipsam omnes formas que imprimunẗ quinq̃ sensibus ⁊ redduntur. Hec aũt virtus est centrum oĩm sensuum particularium/a qua deriuantur vt rami: Et a sensu cõmuni recipit imaginatio species siue idola obiectorũ: cum ipsa obiecta presentia non sunt. Habet autem sensus cõmunis scd̃m Auicennam tres actus. Primus actus est conuertere se super actus particularium sensuum: Unde dicit/ video me vi/dere ⁊ sentio me sentire: et in hac via nõ apprehendit simul nisi obiectum vnius sensus. Alius actus est discernere inter sensi/bilia diuersorum sensuum: Et per hoc habet iudicare hoc nõ esse illud: vt cum dicitur/ album no est dulce. Hoc autẽ non po/test facere sensus particularis: quia nõ se extendit nisi ad pro/pria obiecta: Et ideo nõ discernit inter illa: discernere em̃ pre/exigit comprehendere. Et isti duo actus sunt ei principales/ scd̃m Auicennã. Tertius actus eius est comprehendere rem in loco in quo nunc est et in quo erat: sicut apprehendit stillam cadentem de tecto vsq̃ ad terram/ quasi in linea continua: ta/men cum stilla est superius non est inferius. Scd̃m istum actũ iste sensus ab Auicenna dicitur formalis/ siue formans: Alijs v̄o placet/ vt sensus cõmunis dicaẗ formalis ratione sue pro/prie apprehensionis: que est sensibilium commnuiũ/ que sunt: motus/ quies/ numerus/ figura ⁊ magnitudo.


·I·VĒTRICVLVS·
·II·VĒTRICVLVS·
·III·VĒTRICVLVS·

De imaginatione quid sit: Ca. XIIII.

SEcunda vis siue virtus siue potentia est imaginatio. Est aūt (sicut dicit Auicēna) vis ordinata in extremo cōcauitatis anterioris partis cerebri/ retinēs qđ recipit sensus cōis a quinq; sensibus/ et remanet in ea post remissionē illorū sensuū: Sēsus em̄ cōis indiget presentia sensibilis: nō aūt imaginatio. Vult ḡ dicere/ ꝙ sēsus cōis est apphēdere formas oīm sensibiliū: Virtutis vero que vocatur imaginatio est illas retinere. Et sunt quasi vna virtus: et nō diuersificant̄ in obiecto vel in subiecto/ ſ; in forma: hec em̄ recipit: illa retinet: quod aūt recipit nō est illud qđ retinet: Virtus etiā q̄ est imaginatio/ formas sensibiliū retinet: ꝛ nō discernit/ dicēs hoc esse albū: et hoc esse nigrū ꝛc. Differentiā aūt hāc: ꝙ ex vna est recipere ꝛ ex alia retinere/ est videre in aqua: Aqua em̄ licet habeat potētiā recipiēdi impressiones figurarū/ nō tñ habet potētiā retinēdi: Differētis ḡ virtutis erit recipiēdi sensibilia ꝛ retinēdi ea: Alia est ḡ imaginatio a sensu cōi. Hec est sentētia Auicē. Alijs vero videt̄/ ꝙ imaginatio sit cōuersio ipsius virtutis sensibilis interioris sup imaginē: Quorū vtrūq; verū est/ ſm diuersos modos accipiendi hunc terminū imaginatio.

De virtute imaginatiua q̄d sit: Ca. XV.

TErtia virtus est q̄ vocat̄ imaginatiua siue cogitatiua siue formatiua: Que ſm Aui. est vis ordinata in media cōcauitate cerebri/ potēs cōponere aliq̄d de eo qđ est in imaginatione cū alio ꝛ diuidere cum vult. Quā virtutē Aui. sic manifestat: Scimus certissime esse in natura nostra/ vt cōponamus sensibilia inter se: ꝛ diuidamus ea ſm affirmationē et negationē ꝛ silitudinē forme quā videmus. Oportet ḡ vt in nobis sit virtus q̄ hec operat̄: Et hec virtus inq̄tū imperat ei intellectus/ vocat̄ cogitatiua: inq̄tū vero imperat ei virtus aīalis/ vocat̄ imaginatiua: inq̄tū occupat̄ cōponēdo ꝛ diuidēdo/ vocat̄ formatiua. Hec em̄ virtus facit castra in sphera aeris: ꝛ fingit chimerā/ ꝛ lupo cornua. Et est ordo istius virtutis ad precedentes: Nā sensus cōmunis reddit siue dat virtuti formali/ q̄ est imaginatio q̄si ad reponendū quicq̄d ei tradūt sensus exteriores.

Imaginatio vo reponit τ retinet: habet em̄ virtutē multipli candi formas sensibiles. Uirtus vo cogitatiua siue imagina/ tiua siue formatiua cōuertit ad formas/que sunt in imagina/ tione ad componendū eas et ad resoluēdū: qm̄ ei subiecte sūt: Erat autē in sua cōpositione τ resolutione sepe/ siue in somno siue in vigilia/componēdo sensatum p se ad sensatū p accidēs. Uerbi gratia: Sensus pticularis vel cōis apprehendit rubeū in cupro: rubeum autē est sensatū p se: cuprū vo p accidēs: Itē aurū est sensatū p accidēs: Sensatū ergo p se ducit τ mouet ad sensatum p accidēs. Unde pcepto rubeo iudicat aurū: et con uertendo se sup illud componit rubeū: et dicit/hoc est aurum. Et quādoqꝫ est error/quādoqꝫ nō. Error est/ cū memorat qd non est sub illo sensato p se qd actu apprehendit: Si aūt memo ratum est sub sensato p se quod actu apprehēdit/ non est error. Dicit aūt hec potētia simplex: qr sepe fit sine argumētatione. Potest etiā fieri cū argumētatione: et tunc quandoqꝫ est falsa accidentis: quandoqꝫ consequētis. Accidens est/ qn̄ sensatum p se/ vt rubeū apprehēdit et mouet potētiā ad componendum cū auro. Consequēs aūt est/cū rubeum mouet: non solū ad me morandum aurum/ ꝫ etiā cuprū. Et ideo qr sensatū p se videt inesse pluribus/ imaginatiua virtus componit illa plura: et dicit vnū esse aliud. In hoc ergo differētia est/in hac τ in prece dēti deceptione: quia in prima nō erat recordatio nisi de vno subiecto siue sensato p accidēs: quod non est presens in actu et in re/ licet sit presens in mouendo τ excitando ratione rubei: In secunda vo deceptione est recordatio vtriusqꝫ subiecti: et de illo qd est presens in actu τ in re et in mouēdo: et de illo qd est presens tm̄ in mouēdo. Propter quod dicit Aristo. ꝙ acci dens est in vno solo: consequēs in pluribus: Uñ ego intelligo in pluribus subiectis: licet quidā intelligant/in pluribus con sequētis. Uñ Paralogius: Accidēs sumit in subiecto vno in omnibus terminis: qd patet/cū dicit: Omne balneū est artifi ciale: aqua est balneū: ergo aqua est artificiale: Ibi balneum et artificiale sunt idem in subiecto: similiter aqua et balneum sunt idē in subiecto. In consequēti vo semper sumunt diuersa subiecta: vt patet inspiciēti. Et nota/ꝙ quidam virtutē hanc:

fm qd mouet de vno phātasmate ad aliud/appellāt phātasticā: fm vero trāsformationes q̄ sunt in sōnis/ appellāt imaginatiuā.

De somno et vigilia: Ca. XVI.

Anteq̄ dicamus de ceteris virtutibus interioribus sensitiuis/dicendū est aliquid de somno: et de visione que fit in somno. Sciēdū igit/ q fm Auicen. vigilia est dispositio in qua aīa impat sensibus et virtutibus exterioribus: et mouet voluntarie ad opandū. Sōnus vero est priuatio hui⁹ dispositiōis in qua aīa cōuertit ab exterioribus ad interiora. Un̄ etiā sic diffinit: Somnus est quies animaliū virtutū cum intēsione naturaliū. Cōuersio aūt ab exterioib⁹ ad interiora accidit multiplici de causa: Aut ꝓpter lassitudinē: aut ꝓpter sollicitudinē: aut ꝓpter inobedientiā instrumentoꝝ. Propter lassitudinē/cū spūs aīalis resolutus vl' debilitat⁹ ex nimia exercitatiōe corpis refugit ad interiora: et sequunt eū virtutes aīales. Propter sollicitudinē vero accidit/cū ipse sollicitationū cure calefaciūt cerebrū facientes humorosā resolutionē in eo: ex quo accidit somnus /dummō nō sit nimia calefactio q̄ desiccet cerebrū. Accidit etiā ex sollicitudine alia rōne: q2 cibaria et humores cōiungunt intus/et indigent vt veniant eis spūs cū toto calore naturali ad hoc vt calor possit efficere digestionē pfectā. Propter inobediētiā vero instrumētoꝝ accidit somnus/cū instrumēta imbibunt et opilant ex vaporibus ⁊ cibis q̄ diffūdunt in eis: ⁊ spūs aīalis refugit mouere organa ꝓpter multā humiditatē. De visione vero q̄ accidit in somnis/notāde sunt differentie: fm Augustinū dicentē sic in lib. de spū et aīa: De his q̄ sibi vident videre dormiētes/ quinq̄ sunt genera. s. Oraculū/visio/ somniū/ insomniū/phantasma. Oraculū est/ cū in somnis apparēs aliq̄ scā grauisq̄ psona: sicut sacerdos vl' etiā de⁹/venturū quid apte vel nō euenturū/faciēdū vel euitandū enunciat. Visio est/cū si q̄s id qd videt eo mō apparet ⁊ euenit. Somniū figuris est tectū: et sine interptatione nō pōt intelligi. Insomniū est/qñ id qd fatigauerat vigilātē ingerit se dormienti: sicut est cibi cura vel potus/vl' aliqua studia vel artes/vel infirmitates: fm nāq̄ studia q̄ quis exercuit/ somniat: et solitarū artiū simulacra in presentia mentis impressa

apparẽt in somnis. Juxta etiã infirmitatũ diuersitates diuersa accidunt somnia: et ſm morũ ⁊ humorũ diuersitates variant etiã somnia: Alia eñi vident sanguinei: alia colerici: alia melã colici: Jlli vidẽt varia ⁊ rubea: isti alba ⁊ nigra. Phantasma est/ qñ quis vix dormire cepit et adhuc vigilare se estimat/ aspicere videt irruentes in se vel passim vagantes formas discrepãtes ⁊ varias/ letas et turbulentas. Jn hoc genere est phialoes: quã publica ꝑsuasio quiescentes opinant inuadere/ et pondere suo pressos ac sentientes grauare: quod nõ est aliud nisi quedã fumositas a stomacho vel a corde ad cerebrũ ascendens/ et ibi vim animalẽ opprimens. Nota ergo/ ꝙ numerus istarũ differentiarũ somnij sic ſm modos vidẽdi accipit: Aut eñi videtur verũ/ aut falsum. Si verũ: aut videt tectũ figuris et occultũ: aut manifestũ. Si primo modo videt/ est somniũ. Si ẜo videtur manifestũ: aut cũ admiratione/ que accidit ex magna imaginatione alicuius ꝑsone sacre: et sic est oraculuꝫ: Aut sine tali apparitione apte futurũ prenoscit: et sic est visio. Si ẜo quod videtur est falsum: aut falsitas est quo ad rẽ visã: et sic est insomniũ: Aut est falsitas quo ad actũ videndi: et sic est phantasma/ cũ dormiẽs putat se videre vigilando. Alias differentias somnij ponit Hieronimus sup Danielem/ dicens: Sex sunt materies siue genera somniorũ: Duo sunt que nemo sanctus vitare potest: ex nimia ventris exinanitione/ et ingurgitatione: Tertiũ/ ex illusionibus nocturnis: Quartum/ ex premissa cogitatione/ visione secuta: Quintũ/ p reuelatione spiritussancti: que.s. multis modis fit/ ad caput nostrũ christũ vel ecclesiam vel membra: pertinenti reuelatione subsecuta: Sextũ/ ex curis premissis. Et nota ꝙ ad hoc ꝙ imaginatiua operet actu componendo et resoluendo/ siue in somno siue in vigilia/ necesse est vt anima ab exteriori actione quiescat: et vt idola siue species in imaginatione retente/ vel a vi memoratiua reuocate appareant: Hinc est/ ꝙ discurrentes ⁊ etiã animũ exterioribus actionibus immergentes liberales scientias tardius addiscunt: Unde Aristoteles in septimo physicorũ: Sedendo et quiescendo homo fit sciens et prudens. Hinc est etiã/ ꝙ in bene pransis et bene potatis propter euaporatiões

spissas ⁊ multas ascendentes ad cerebrū/ imaginatiua statim lucide et limpide opari non pōt: nisi debiliter et confuse. Hinc est etiā ꝙ vinolēti propter eandē causā precipue in principio somni/ nō somniant: postmodū aūt subtiliatis fumis et ꝑmittentibus species apparere/ poterunt somniare. Ex eadē causa est/ ꝙ pueri non somniant: quia multū et frequēter comedūt: et a lacte multe et spisse vaporationes ad cerebrū ascendunt. De opatione imaginatiua dicit Auerrois: Qꝛ qñ'ꝗ accidit/ ꝙ in somno videt̄ homini quasi sentiat ꝑ quinꝗ sensus: absꝗ eo ꝙ ibi sit aliquod sensibili extrinsecū. Hoc autē accidit ꝑ contrariū motum ei qui est in vigilia: In vigilia em̄ ea que sunt sensibilia extrinseca mouent sensus: et sensus cōmunis mouet imaginatiuā virtutē: In somno aūt/ qñ virtus imaginatiua fert intensionē quā accipit ab extrinseco: aut ex virtute memoratiua reuertit̄/ mouet sensum cōmunē: ⁊ sensus cōmunis mouet virtutē ꝑticularē: Et sic accidit ꝙ homo comprehēdit sensibilia/ licet non sit extrinsecus: quia intensiones eorū sunt in instrumētis sensuū: et indifferēter mouēt/ siue ille intensiones veniāt ab extrinseco/ siue ab intrinseco. Et simile huic accidit in habente timorē ⁊ infirmo/ propter intensionē imaginationis in istis dispositionibus: Motus em̄ virtutis imaginatiue intenditur in somno: quia est soluta a ligamēto virtutis cogitatiue: et propter debilitatē istius virtutis. s. cogitatiue in infirmo ⁊ habente timorē/ accidit eis tale accidens. Et nota/ ꝙ sensus cōmunis ꝓpter assuefactionē recipiēdi a sensibus ꝑticularibus etiā in somno de facili species recipit a memoratiua redeuntes. Et de hoc ponit̄ exemplū ab autoribus in candela sepe accensa ⁊ sepe extincta: que si sit ꝓpe aliā accensam/ de facili accendit̄: Ita in proposito: descendit em̄ species ad sensū cōmunē: et propter hoc credit̄ res tunc esse presens. Si autē queratur: quare non fit similiter versus supiorē partē. s. rationem? Dicendū ꝙ etiā aliqñ sic est: Contingit em̄ aliqñ bonos versus fieri in somnis/ et bonos silogismos: tñ raro: quia ista nō fiunt ꝑ compositionē imaginabilis cū imaginabili: immo est ibi quedā ratiocinatio. Unde opinio est/ ꝙ tunc homines non dormiant: sed natura fessa quiescit/ et nō vtitur sensibus:

vtitur tamē ratione circa illa in quibus sollicita est.

De virtute estimatiua quid sit: et vbi sit que facit: Capitulum. XVII.

Consequēter dicendū est de virtute estimatiua. Est aūt estimatiua (sicut dicit Auicenna) vis ordinata in sūmo concauitatis medij cerebri/ apprehendens intētationes sensibiliū: sicut est in oue diiudicante ꝙ est a lupo fugiendū/ ⁊ ꝙ cum agno habitandū. Est aūt virtus transcēdens: quia apprehensio sua non est formarū sensibiliū et materialiū/ sed immaterialiū: Bonitas enī ⁊ malitia/ cōueniens et incōueniēs/ vtile et nociuū in se non sunt forme materiales/ nec in sensu cadentes exteriori: tamen sunt accidentia sensibiliū: Et horū est virtus estimatiua/ que quarta est virtutū sensibiliū interiorꝝ. Nota ergo ꝙ estimatio vtilium et nociuorū fit tribus modis. Primus modus est ex causa naturali: sicut accidit in puero/ qui cum eleuatur ad standū et estimat se cadere statim alicui adheret: Et cum oculus alicuius debet purgari a lippiditate/ statim ille claudit anteꝗ̄ cognoscat q̄d sibi accidat: Et si ouis timet lupū naturaliter/ et animalia leonē/ et aues accipitrē: qr estimant nociuū. Secūdus modus est ꝑ experientiā: sicut accidit cū animal habuit dolorē aut delitias ab aliqua re: Cuius forma descripta est in virtute formali siue imaginatione: ⁊ intentiones vtilitatis et nocumēti descripte in memoria: statim vt apparuerit extra/ res illa erit in estimatione delitiarum vel nocumenti: Hinc est ꝙ canes terrent̄ fustibus et lapidibus/ qr estimant nociua: et alliciunt̄ ossibus/ quia estimant delectabilia. Tertius modus est ad modū similitudinis: et ꝑ proprietatem coniunctā/ sicut res habet aliquā formā coniunctā cum intentione estimationis in aliquo sensibiliū: sicut accidit in pomo cū est coloris coccinei/ ꝙ est maturū et dulce: et ideo cū videmus pomū coccineū estimamus dulce.

De vͣtute memoratiua sēsibili: Ca. XVIII.

Memoratiua virtus est vis ordinata in posteriori cōcauitate cerebri/ retinens quod apprehendit vis estimatiua de intentionibus sensibilium. Comparatio

aũt virtutis estimatiue ad memoriã (ſm Auicennã) est talis qualis est compatio imaginationis ad sensũ cõem: quia sicut imaginatio retinet ⁊ est thesaurus formarũ sensibiliũ quas cõprehendit sensus cõis: sic memoratiua est thesaurus cõseruãs intensiones sensibiliũ / quas comprehẽdit virtus estimatiua. Ad maiorẽ aũt declarationẽ virtutis memoratiue querendũ est: Que sit diffinitio memorie ⁊ reminiscẽtie: An sit recordatio seu reminiscentia irrationabiliũ. Ad quod sciẽdũ (ſm Auicennã) ꝙ est memoratiua in alijs aĩalibus: ſ; reminiscẽtia que est reuocatio ingenij ad querẽdũ qđ oblitũ est / nõ inuenit̃ nisi in vno solo hoĩe: Cognoscere eñ sibi aliqd affuisse quod postea deletũ est / non est nisi virtutis rationalis: sed si est alicuius virtutis alterius ꝑter rationalẽ / poterit esse estimationis: sed inꝗtũ decorat̃ et informat̃ rõnalitate. Differẽtia ergo memorie et reminiscentie est: qꝛ memoria est retẽtio specieꝝ siue intẽsionũ sensibiliũ: ſ; reminiscentia est repñsentatio formarũ a memoria delatarũ ꝑ obliuionẽ ꝑ ea que auertit actu / et similia: sicut si obliti alicuius ꝑsone quã vidimus recurremus ad locũ / ad tempus: et accipimus ꝑ q̃ recordamur ꝑsone quã vidimus tali loco / tali tp̃e talia facientẽ. Notandũ quoq; ꝙ est etiã differẽtia inter recordari ⁊ addiscere: Quidã eñ posuerũt ꝙ nihil aliud est addiscere ꝙ̃ reminisci. Cõueniũt aũt hec duo in hoc / ꝙ vtrobiq; est motus ad incognita ad hoc vt sciantur. Sed in hoc differunt: quia recordatio est inquisitio incognitoꝝ vt cognoscant̃ in p̃senti vel futuro / que in ꝑterito quoq; cognita fuerũt: Addiscere ṽo siue disciplina est extensio aĩe ad cognoscẽda incognita / que tñ nõ fuerunt cognita prius. Itẽ ad maiorẽ euidentiã queritur: Propter q̃d aliquid hoĩes facilius addiscunt ꝙ̃ recordent̃ / quedã ecõuerso: Et vniuersaliter / propter quid quidã sunt facilioris recordationis ꝙ̃ memorie: alij ecõuerso. Ad quoꝝ intelligentiã notandũ est (scd̃m Auicennã) ꝙ illi qui sunt sicce cõplexionis fortes sunt in memoriter retinẽdo / et debiles in recordando: Siccitas eñ cõueniẽs est dispositio ad impñssionũ retentationẽ / inhabilis est aũt ad motũ: et ideo sicca cõplexio cõuenit memorie / non recordationi. Qui ṽo sunt calide complexionis facile recordant̃: hi eñ sunt qui

magis pcipiũt nutus: nutus aũt opanť motũ sensibiliũ: et qui erit pceptior nutuũ/erit citius recordãs. Itẽ caliditas cõplexionis cõuenientissima est ad motũ dispositio. Illi xo qui sunt complexionis humide facilis sunt discipline: humiditas eñ est dispositio cõuenientissima ad facilitatẽ susceptionis impssionũ/que cõuenit facili discipline: et est cõtraria dispositio forti memorie: Memorie eñ necesse est esse materiã a q̃ difficulter deleať quod impressũ est in illa: et ad hoc opus est sicca materia completione. Nota ergo q̃ bene memores cõtrarie sunt dispositionis bene addiscentibus: Illi eñ bene memores sunt quorũ aie non habẽt facilẽ motũ/neq̃ disperguntť cogitatiões eorũ: Illa eñ aia q̃ habet multos motus ⁊ multiplices cogitatus/non bene memorat: est eñ cõtraria dispositio bone recordatiõis: bona eñ recordatio exigit multiplices mot⁹ ⁊ agiles cogitationes. Itẽ bene memores sunt sicce cõplexionis/ q̃ est dispositio difficilis ad suscipiendũ impssione: ⁊ iõ est ɔtraria dispositio facilis discipline. Bona ergo memoria est: vel ex siccitate cõplexionis: vľ excitatio circa vnũ vel pauca/ non circa mľta. Inde est q̃ pueri q̃uis sint humidi/firmiter tñ retinẽt: aie eñ eoꝝ non occupanť circa multa sicut aia maturarũ psonarũ/ſ; sunt fixe circa vnũ: Iuuenũ aũt ppter calorẽ suũ et ppter motus suos agiles/debilior est memoria: q̃uis sint complexionis sicce: Senibus xo accidit propter humorẽ q̃ pualet in eis/non memorari ea que vident.

De cõpatiõe haꝝ viriũ adinuicẽ: Ca. XIX

Et nota/ q̃ viriũ intrinsecus apprehendentiũ: quedam apprehendunt formas sensibiles: sicut sensus cõmunis/ imaginatio/ imaginatiua siue cogitatiua: Quedã apprehendunt intensiones sensibiliũ: vt estimatiua et memoratiua. Itẽ quedã apprehendũt ⁊ opanť: vt sensus cõis/ cogitatiua ⁊ estimatiua: quedã xo apprehẽdunt et nõ operanť: vt imaginatio ⁊ memoria. Itẽ quedã apprehẽdũt principaliter: quedã secũdario. In apprehẽsione formaꝝ sensibiliũ principaliter apprehendit sensus communis cum sensibus exterioribus: secundario vero virtus imaginationis et virtus imaginatiua:

Similiter in apprehensione intensionū sensibiliū principaliter apprehendit virtus estimatiua: secundario v͛o virtus memoratiua. Hec de potentijs anime sensibilis apprehensiuis dicta sufficiant.

De motiuis anime sensitiue: Capi. XX.

Dicto de viribus aīe sensibilis apprehensiuis deintus/ dicendū est de motiuis. Uirtus aūt motiua sensibilis fit duobus modis: Nam quedā est motiua/ motu naturali: quedam v͛o motu animali. Et motiuā sensibilē motu naturali dico/ que mouet nō ꝫm apprehēsionē nec est subiecta imperio rationis: qualis est virtus vitalis siue pulsatiua. Est aūt hec virtus in corde sicut in organo: et est vis mouens per inspirationē ꝛ respirationē/ principiū existēs temperantie caloris cordis ꝛ corpis. Et nota ꝙ hec vis nō est cuiuslibet animalis/ ꝫ solū animaliū respirantiū et habentiū pulmonē: Nō est em̄ pisciū huiusmodi vis: nec aīaliū impfectoꝝ et vermiū ꝛ testudinū. Et hui⁹ rō est: qꝛ aīal pfectū et respirans est valde calidū: Calor aūt naturalꝭ excellēs facit duo: resoluit em̄ corp⁹ q̄tū ad substantiā: et immutat a ꝓpria q̄litate naturā q̄tū ad accidēs: Et iō in valde calido sēsibili sequunꝭ duo. s. deꝑditio et intemꝑantia: Cōtra que nociua sunt duo cōseruatiua: vnū restaurans: aliud temperans: Et ideo adhibite sunt due virtutes conseruantes: virtus nutritiua/ que reꝑat deꝑditū ꝑ calorē: et virtus pulsatiua siue vitalis/ q̄ temꝑat calorē. Quia ḡ calor in piscibus debilis est: ꝙ patet ꝑ hoc ꝙ saluanꝭ in elemēto frigido/ qđ est aqua: et etiā in aīalibus imꝑfectis/ qđ deprehendiꝭ ex tarditate motus: et non habēt dispositionē cordis/ q̄uis habeāt aliquid proportionabile cordi: Inde est ꝙ calor in eis nō facit distemꝑantiā: inde etiā est ꝙ carent pulsatiua.

De motiua motu animali: Ca. XXI.

Consequenter dicendū est de virtute motiua motu animali. Motū aūt animalē dico/ qui fit ꝑ p̄cedentē apprehensionē boni vel mali: quā apprehensionez in animali sequiꝭ appetitus siue motus ad aliquid/ vel motus ab illo siue fuga: qđ patet in apprehensione boni cibi vel mali. Necessariū

est igitur aliquã virtutẽ esse aliã ab apprehensiuis sensibilibus que moueat animal: Nã apprehẽdentes nihil aliud faciunt ꝙ̃ reprehendere vel iudicare bonũ vł malũ siue estimare: Hãc aũt philosophi vocãt appetitiuã: theologi vo sensualitatẽ q̃ ꝓprie est motiua. Porro eadẽ dicit̃ sensualitas / ſm qđ in hoĩe est: et habet ordinẽ rationẽ / quo ordine põt in ea esse pctm̃. ſ. primus motus venialis. Possumus aũt cõiter distinguere motiuas: Nã q̃dã sũt motiue / q2 disponẽtes ad motũ: et he sunt motiue ſm q̃d: sicut phantasia vel sensus cõis et estimatiua: tã em̃ estimatiua ꝙ̃ phãtasia sunt mouẽtes appetitiuã / inq̃tũ rep̃sentãt speciẽ boni vł mali / cõueniẽtis vel discõueniẽtis. Differenter tñ disponũt ad motũ estimatiua ⁊ phantasia: Nam phantasia disponit ad motũ ex rep̃sentatione specierũ vel formarũ sensibiliũ: estimatiua vo ex rep̃sentatiõe sensibiliũ intẽsionũ: Formas aũt sensibiles dicimus colorẽ / saporẽ ⁊c̃. huiusmodi: Intensiones vo sensibiliũ: vtile / nociuũ / cõueniẽs / discõueniẽs / delectabile / tristabile. Motiue vo que sunt cause faciẽtes motũ / sunt motiue simpliciter: Que subdiuidunt̃ in appetitiuas et affectiuas ⁊ motiuas membroꝝ exequẽtes motũ. Sed appetitiue sunt imp̃antes motũ: Affectiue vo faciẽtes ⁊ exequẽtes motũ interiorẽ spiritalẽ: Motiue vo membroꝝ faciũt motũ exteriorẽ corp̃alẽ. Nota ergo ꝙ (sicut dicit Auicẽna) virtutis appetitiue duo sũt p̃tes: vis cõcupiscibilis ⁊ vis irascibilis. Uis aũt cõcupiscibilis est vis imp̃ans moueri aut appropinq̃re ad ea q̃ putant̃ necessaria aut vtilia appetitu delectãdi: Uis vo irascibilis est / que imp̃at moueri ad repellendũ a se qđ putat̃ nociuũ vł corrũpens appetitu vincẽdi. Ad cognoscẽdũ aũt differẽtiã virtutis irascibilis ⁊ cõcupiscibilis nota / ꝙ bonũ dicit̃ duobus modis. ſ. bonũ simplex et bonũ expediẽs: Bonuꝫ aũt simplex hic dicit̃ delectabile / vt cibus: Bonũ vo expediẽs hic dicit̃ tristabile arduũ: qđ tñ dicit̃ bonũ / q2 vtile: vt medicina vł incissura ꝓpter salutẽ corp̃is. Est g̃ vis cõcupiscibilis appetitiua boni delectabilis: et dicit̃ bonũ delectabile carnis et t̃p̃ale: Uis vo irascibilis est appetitiua boni ardui expediẽtis. Et sciendũ ꝙ virtus cõcupiscibilis cũ sit in bonũ delectabile / habet actus: cõcupiscere / desiderare / gaudere / letari / amare /

diligere. Et cũ cõtraria sint nata fieri circa deũ/erũt actus cõtrarij his ipsius cõcupiscibilis: vt fastidire/ qđ est cõtrariũ cõcupiscere: abhominari/ qđ est cõtrariũ desiderare: dolere/ qđ ē cõtrariũ gaudere: tristare/ quod cõtrariaꝛ letari: odire/quod contrariaꝛ amare: contemnere/ qđ contrariaꝛ diligere. Actus aũt irascibilis cũ sint in arduũ ⁊ difficile/ sũt ꝼm duplicē dispositionē. s. debilitatis et corroborationis. Debilitas est dispositio q̄ cõsequiꝛ ex discõfortatione virtutis irascibilis: Corroboratio est dispositio q̄ cõsequiꝛ eius cõfortationē. Scđm corroborationē fiunt actus ex impio irascibilis: quidã in bonũ: q̄dã contra malũ. In bonũ nõ scđm quãcũq₃ rationē/ ꝫ ꝼm rationē excellentie vł honoris: Scđm hoc ergo sunt actus irascibilis: ambitio/spes/supbia/ cõtemptus/dñatio. Contra malũ sunt actus ꝼm corroborationē irascibilis: audere/irasci/ insurgere: Scđm debilitatē seu discõfortationē fiunt motus ab irascibili p modũ fuge: Et hoc dupliciter: Nã quidã sunt motus fuge a bono: quidã fuge a malo. Et motus fuge a bono nõ sunt scđm rationē boni q̄liscũq₃/ ꝫ boni ardui siue excellētis: Scđm hoc ergo sunt motus a puitate spũs: desꝑatio/humiliatio/reuerētia. Per modũ ṽo fuge a malo sunt actus ꝼm debilitatē irascibilis: penitētia/impatientia/timor. Organũ aũt virtutis irascibilis ⁊ cõcupiscibilis est cor: Sicut em̃ virtutis apprehēsiue sensibilis organũ principale est cerebrũ: ita virtutis motiue ē cor: sicut dicũt philosophi. Et huius signũ est dilatatio cordis et restrictio/ ⁊ reuocatio sanguinis ⁊ spirituũ ab exterioribus ad interiora/vel emissio ab interioribus ad exteriora in motibus cõcupiscibilis et irascibilis. Cũ em̃ motus fiunt a virtute cõfortata: tũc fit dilatatio cordis et emissio saguinis ⁊ spirituũ a corde ad exteriora: ꝫ lente/cõfortata cõcupiscibili: impetuose ṽo irascibili: Discõfortata ṽo virtute fit cordis cõstrictio et reuocatio spirituũ: ꝫ cõfortata ꝯcupiscibili/lente: discõfortata ṽo irascibili/impetuose. Ex his igitur motibus differentibus concupiscibilis et irascibilis dep̄hēdiꝛ organũ virtutis motiue esse cor.

De virtutibus affectiuis: Ca. XXII.

De virtutib' aũt affectiuis intelligendũ/ q forte eedẽ sunt ꝺm substãtiã cũ appetitiuis/ ꝫ differũt ꝺm ratione: vt dicit Aui. In qtũ em̃ ꝟtutes appetitiue intendunt/ fiũt affectiue siue desideratiue. Sciendũ ergo q appetitus est motus imperij irascibilis ꝛ cõcupiscibilis: Affectus ꝟo est motus interior consequẽs scdm apprehensionẽ boni et mali. Uñ affectiones multiplicant ꝺm quattuor differentias/ scdm sanctos ꝛ philosophos. s. gaudiũ vel leticia/dolor seu tristicia/cupiditas seu spes/metus seu timor: Quaꝝ numerus sumit sic: Nã due sunt ex cõprehensione boni presentis/ gaudiũ vel leticia: futuri/cupiditas seu spes: Ex cõprehensione mali presentis/dolor vel tristicia: futuri/metus vel timor.

De virtute motiua exteriori: Ca. XXIIII

Consequẽter dicẽdum est de virtute motiua exteriori/ que consequitur ad affectiuas. Est aũt huiusmodi virtus infusa in lacertis et musculis/contrahens ligamenta coniuncta membris et relaxans. Subdiuidit autẽ in generalem/motiuã et particularem. Generaliter aũt motiua fundatur in extrema parte cerebri ꝛ capitis: a qua oriuntur nerui motiui/sicut ab anteriori parte sẽsitiui: Qui nerui motiui ramificantur per totũ corpus: et consistunt in lacertis et musculis/qui sunt inserti membris: et hi cõsistunt sup organa virtutis generaliter motiue corporis. Particulariter autẽ motiua subdiuidit p contractiuã et progressiuã: et p operatiuã et vocatiuã. Contractiuã aũt dico que est principiuz motus contrahendi et extendendi membra animalis/ ex quo non prouenit motus totius de loco ad locum. Sicut em̃ dicit Auicenna/motus animalis est duplex: qꝛ est motus animalis de loco ad locum: et est motus contrahendi ꝛ extendendi membra animalis. Impossibile em̃ est vt animal habeat sensum tangendi/et non habeat in se virtutẽ motus aliquo modo: Quomodo em̃ sciretur habere sensum tangendi/ nisi videretur in eo aliquis motus fugiendi contrarium vnde possint comprehendi animalia esse: sicut nos vidimus in conchilibus ꝛ conchis/q sunt motus cõstrictiõis ꝛ reflexionis ꝛ extẽsiõis i ptib' eoꝝ: quis

non discedāt a loco suo: et in hoc cognoscimus ꝙ sentiūt et sūt aīalia. Progressiua vero vis sensibilis est principiū transeundi de loco ad locū. Organū vero huius virtutis est differens/scđm differētiā aīaliū: Nā quedā gradiunť pedibus: vt gressibilia: Quedā deferunť alis volando: vt volatilia: Quedā trahunť costis ⁊ ventre reptando: vt reptilia: Quedā vero agunť pēnu lis natādo: vt natalia. Operatiua aūt vis sensibilis est princi- piū opandi: vt in habentibus manū. Organa huius virtutis sunt manus: in nō habētibus vero est aliqd loco manuū/ vt os et pedes: sicut in apib⁹ ⁊ araneis. Uocatiua vero virtus est pn cipiū emissionis vocis. Nec est eadē virtus ista et pulsatiua: Pulsatiua eñ semper est de necessitate: et non scđm apprehen- sionem mouet/ sed motu quodam scđm dilationem ⁊ constri- ctionē cordis inspirando ⁊ respirando: Uocatiua vero nō semp est de necessitate/ ſ voluntarie ⁊ ſm apprehensionē. Et hec est virtus indicatiua affectionū: scđm quod dicit philosophus/ ꝙ voces sunt note earū que sunt in aīa passionū. Huius virtutis organū est pulmo et vitalis arteria: Unde sola aīalia habētia pulmonē voces emittūt. Et hec de virtutibus aīe coīs nobis/ brutis et plantis dicta sufficiant.

De virtutibus vel potentijs anime rati- onalis: Capitulum. XXIIII.

SEquiť de virtutibus aīe rationalis ⁊ humanis: Que pmo diuidūť p apprehensiuas et motiuas: siue p intel- lectū speculatiuū ⁊ practicū. Sed qꝛ cognitio viriū est ex cognitione organoꝝ/obiectorū et actuū: Ideo primo dicen dū est de organo: Secundo/de obiecto: Tertio/de distinctiōe virtutis intellectiue: vbi etiā tangeť de actibus.

Utrum virtus intellectiua habeat organū aliquod determinatū in corpe: Ca. XXV.

QUereret ergo aliquis in principio de organo virtutis intellectiue: siue in qua pte corpis sit et opeť. Si eñ ī nulla parte corpis opať/ nō videť esse in corpe. Si vero opať in aliq parte corpis: erit habēs aliquā partē in corpe/ vt organū sibi determinatū. Sed cōtra: Omnis virtus opans p

organū opaꝛ ſm ꝓprietatē organi et poſſibilitatē tm̄: vt virt⁹ viſiua q̄ opaꝛ ꝑ organū/opaꝛ iuxta ꝓprietatē et poſſibilitatez illius: Vn̄ nō iudicat de ſapore et ſono/ſ; de colore: qꝛ color ꝑtinet ad naturā organi viſus tm̄/nō ſapor vel ſonus. Nullum autē organū habet poſſibilitatē et diſpoſitionē ad incorꝑalia: Nulla ẟ virtus opans vel cognoſcēs ꝑ organū corꝑale eſt cognitiua niſi corꝑaliū. Si ergo virtus intellectiua intelligeret ꝑ organū corꝑale/intelligeret tm̄ corꝑalia: ꝛ nō ſpiritalia. Itē opatio virtutis intellectiue ſemꝑ eſt ꝑ abſtractionē a materia et a cōditionibus materie: ſed oīs opatio eſt ſm naturā virtutis a qua egrediꝛ: igiꝛ virtus intellectiua eſt abſtractiua a materia: ergo nō habet organū corꝑale ꝛ materiale in corꝑe aſſignatū. Itē nulla virtus incorꝑata.i. parti corꝑis determinata ſiue opans ꝑ organū eſt cognitiua ſui: qꝛ non pōt reflecti ſe ſupra ſe/cū ſit incorꝑata: vn̄ oculus nō videt ſe: nec imaginatio imaginaꝛ ſe. Cū ẟ virtus intellectiua ſit cognitiua ſui: intelligit em̄ ſe/cū reflectiꝛ ſupra ſe: ergo nō eſt incorꝑata neq; opans ꝑ organū. Itē omne qđ cognoſciꝛ vel cōprehēdiꝛ eſt in cognoſcente ſm naturā cognoſcentis/ et nō ſcđm naturā rei cognite: vt patet in omnibus. Et generaliter/omne qđ recipiꝛ eſt in recipiente ſm naturā recipiētis/et non ſm naturā recepti: Cū ẟ corꝑalia et materialia ſint ī intellectu ſm modū immaterialē/ erit intellectus immaterialis: ergo ſimplex. Itē Ariſto. dicit tertio lib. de aīalib⁹: Intellect⁹ et intelligētia ē ab extrinſeco/ et ipſe ſolus eſt diuinus: qm̄ opatio eius nō habet cōicationē cū opatione corꝑali aliquo mō. Itē tertio de aīa: Senſus non pōt ſentire ex valde ſenſibili: vt ſenſus auditus ex magnis ſonis: neq; ex fortiſſimis coloribus ꝛ odoribus videre neq; odorare: Sed intellectus cū intelligat valde intelligibile: non minus intelligit infima/ ſed etiā magis. Senſitiuum quoq; non ſine corpore eſt: hic aūt ſeparatus: ergo intellectus immaterialis et ſimplex eſt: quod concedendū eſt. Dicendū eſt ergo ꝙ virtus intellectiua nō eſt in corpore/ita ꝙ determinet ſibi ꝑtē corporis: qꝛ nullius ꝑtis corꝑis eſt actus ſiue ꝑfectio: ſicut virtus viſiua oculi/ et auditiua auris ꝛc. ſed eſt in toto corꝑe tota/hoc eſt ꝑfecta: ſicut patet ex predictis.

De obiecto virtutis intellectiue vel rationalis: Capitulum. XXVI.

Sequitur de obiecto virtutis intellectiue. Et cum ipsa sit immaterialis/obiectum eius erit immateriale: hoc est intelligibile/forma.s. abstracta a materia et conditionibus materie. Species vero siue forme abstracte quedam sunt abstracte per naturam propriam/vt omnia spiritalia: quedam vero per actionem ipsius virtutis intellectiue: hoc est per considerationem/non realiter: vt species siue similitudines/ quibus cognoscuntur corporalia. Forme autem abstracte a materia et conditionibus omnibus materie per naturam dicuntur: vt forma qua cognoscitur deus et angelus/ et ipsa anima et ea que sunt in ipsa vt in subiecto: vt potentie/scientia/virtutes. Forma vero qua cognoscitur deus est similitudo vel imago prime veritatis impressa anime a creatore: Propter quod dicit Joannes damasce. Omnibus cognitio essendi deum ab ipsa natura inserta est: imago enim prime veritatis impressa anime ducit in cognitionem eius cuius est imago. Forma autem qua cognoscitur ipsa anima vel angelus est ipsa anima rationalis: que cum vtitur se vt similitudine referendo ad id ad cuius imitationem facta est supra se: sic iterum cognoscit deum per modum acquisitionis: Aut vtitur se vt similitudine referendo ad alterum ad cuius imitationem facta non est/sed cum imaginatione ipsius est: et sic cognoscit angelum iuxta se: Et hoc est quod dicit Augu. quod anima cognoscit deum supra se: se/in se: angelum/iuxta se. Ad cognoscenda vero ea que sunt in ea: sicut sunt potentie eius et virtutes et scientie vtitur ipsis vt similitudinibus ad ipsa cognoscenda: Unde res que cognoscitur et forma qua cognoscitur differunt solum secundum rationem/ et non secundum rem. Forme vero que sunt per considerationem abstracte/ sunt forme quibus cognoscuntur corporalia et ea que in corporibus fundantur. Cum enim natura intellectus superior sit rebus corporalibus/ potestatem habet super formas corporales miro modo comprehendendi eas: Abstrahit enim eas primo a sensibus: postea ab imaginatione/et a conditionibus omnibus materialibus.s. vbi/figura/situ: et huiusmodi: et sic expoliatis omnibus conditionibus materie et singularis substantie/accipit eas abstractas et vniuersales/ communes

